CHRI. Audite o mētibus eqs: cū cauſa hæc fide caritura uideret. Captat in primis attētionē: & ſtatim inci pit cōſutare ualidiora argumēta aduerſariorū illi, n. opponere potuiſſent iuuenilē ætatē q; ut plurimū conſilio caret. Deinde quod promittūt eos pſtare nō poſſe pp hoſtiles excubias: q; fallere nequeant. Primo ergo demō ſtrat nō temere rem hanc ſumpſiſſe: ſed cum conſilio: deinde facilitatem rei uel ſaltem poſſibilitatem ex negli gentia hoſtiū qui iā ex uiuo p fundiori ſomno pmanant. Ac deniq; demōſtrat locū iam ſibi ad inſidias eleſtū. Si fortuna permittitis uti, q. d. fortuna quidē ſeſe ultro offeret modo illa uti uelitis. Nec nos uia fallit: nō ſo lum prouidi quomodo hoſtilia caſtra tutus egrederet. Sed etiā q; deinde iter tenendum ſit. Primam urbem: primas partes urbis. Obſcuris: pp iteraualla locorum. Vultum & ora: Os in quo uultus apparet: nā uultum iam demonſtrauiſſimus eſſe accidentia in facie q; ab aliqua perturbatione pueniūt aut egritudinis: aut timoris: aut lætitiæ: aut ſpei. Viri, q. d. q; in adoleſcentiæ annis uirilē aīum geritis. Dii moreſq;: uide Seruiū. Aeneas a. aeneas q; ipiū tener q; primū dare poterit. Verū cū ætas ueſtra illi ſup futura ſit: reſtabit aſcanius q; cū coetaneꝝ uobis ſit oīa pſoluet: ex quo oſtēdit q; munus tati facinoris nō uno aut altero: ſed plurimis cōtinuatiffq; bñficiis honeſtandū ſit. Vnū ergo & breuis tps erit piculū. At remuneratio uniuerſam deinde uitam decoratā reddet.

O





**OSER.** Excipit ascanius, i. subsequitur: & a poeta dictum est: *Canæ uestæ: uenerabilis: antiquissimæ.* Obtestor: adiuro: & est ordo Immo ego cui sola salus genitore reducto: uosq; obtestor per deos reuocate parētē. *Fortuna fidesq; est: quod casu: quod consilio egero uobis committā: Nā per fidē consilia significat: per fortunam opes & imperium: & cuiuslibet rei possibilitatem.* Nihil illo triste recepto: subaudi erit: *Deiicta genitor quæ cepit arisba: atq; scdm Omerū Arisba troiāns misit auxilia: & ab Achille subuersa ē: sed accipimus a ut ante bellū græcorū Arisbā a troianis captā: & in amicitiaē foedus admissā: aut certe pocula. hæc data ab Heleno: qui i Achillis bona per Pyrrhi successerat hæreditatem: ut sit q̄ cepit pro accepit.* *Deiicta Arisba: ab Achille.* Duo magna talēta: bene addidit magna. Nā uariū apud diuersas gentes est talēti pondus: unde talētū pōt & breue aliqd: & magnū significare. Nam ut supra dixim⁹ secūdu Plautū talentum, lxx. librarū ē: q̄ quū dixisset debere, cxi. libras: paulo post intulit duo talēta per iocū dicens Debentur talēta tot quot ego & tu sumus. Item Homerus talentū breue quiddam ostendit: apud quem i quorum cursu tertiu præmiū est leuē: quippe qd̄ accepit uictus: quū uictori leuia sint data munera. *Ducere sortem: statuere alii proprie: ducere legunt: quod est sortium: ut Stat ductis fortibus urna.* Excipiā forti: p̄ter fortē dabo. *Insup id: super hæc Campi qd̄ habet rex ipse latinus: Mos fuerat ut uiris fortibus: siue regibus pro honore daret aliq̄ agrī particula: ut habuit Tarquinius superbus i cāpo martio quod spaciū ab Homero τὸ τευεος dī: hoc ergo qd̄ Latinus p̄ honore de re. p̄hūit ab Ascanio intelligamus eē promissum.* Pectore toto: omni affectu. *Rerū uerborūq; fides: & rem pu. tibi committā: & te cū oē commūicabo consiliū.* Me nulla dies rā fortibus ausis dissimilē arguerit: ab hoc officio & ab hac audacia accessu t̄pis inferior non probabor: qualiscūq; fortuna comites. *Tantū: tātmōdo hoc possum de me p̄mittere: ut semp audeā: semp uelim fortiter facere. Nā hoc est qd̄ dicit Fortibus ausis Dissimilē arguerit: tātmōdo meū ē hoc mittere: siue p̄spa: siue aduersa fortuna comites: Nā aut disiunctiua particula ē: nō negātis aduerbiū.* Sup oīa dona: ultra oīa. *Priami de gente uetusta: de familia: & bene eā ēt ex cognatione commēdat. Nā Ascanius nepos ē Priami p̄ Creusam.* Misērā: q̄ sic impatiēter diligebat filium. *Me cum excedētē: ut Ille meū comitatus iter. Vult enim intelligi sui causā matrem secutam.*

**CDONA.** Canam: antiq̄ & perperuam. *Obtestari aut est ob aliq̄ causam deos testes adhibere.* *Victa aris: nihil enī tollitur post uictoriam nisi quod sit magni meriti.* *Insup: mos mirandus in poeta ubi enī multa narranda sunt ne continuatio fastidium pariat diuidit. Interponendo aliquid quod tamē non sit alienum.* *Genitrix: magnum pondus in his uerbis. Maternum enim nomen omnes affectus trāsit. Præterea q̄ sit ex genere Priami non accessione noua: sed uetustate coniuncta. Laudauit ergo a genere sed quia frustra laus originis tangitur: nisi is qui laudatur uita & moribus se maioribus suis dignum gerat ponit: suas uirtutes excusat autem q̄ ignaram relinquat: quia nisi illa causa intercessisset scelus non paruum commisisset.*

**CHRI.** Excipit: statim subsequitur: nec potuit liberalius respondere cum quicquid aut consilio aut uirtute sibi prouēturū sit. *Id p̄tius permittat illis.* *Bina dabo argēto: Laudat munus a numero q̄ duo sint: laudat a materia & ab artificio: laudat a difficultate: q̄ ex hostibus rapta sint.* *Magna talenta: Quia ut ostendimus & parua inueniebantur.* *Quem dat sidonia dido: laudat ab auctore.* *Vidisti quo turnus: nouerat istos cupi-dissimos gloriæ. Ergo quid magis promittere poterat q̄ summi ducis equum.* *Id campi: romanum morem sequitur qui bene de re. p̄. meritos agro donabant: ut de Mutio & multis aliis legimus.* *Te uero quem spaciis propioribus: Demonstrat q̄ similitudo ætatis beniuolentiam conciliat.* *Venerande puer: pro miraculo dictum: Nam nihil tam longe a pueritia q̄ ueneratio est.* *Tantum fortuna secūda aut aduersa cadat: id est modo aliquid accidat: quo curandum sit siue in secunda siue in aduersa fortuna.* *Super omnia dona: id est q̄ ego pluris q̄ cætera dona faciam.* *Priami de gēte uetusta: est amanda a te: quia est ex eadem familia de qua mater tua. Est itidem a me q̄ præter q̄ mater est. Omnia tedia & laborem ut me sequeretur perpeffa est.*

Excipit Ascanius: per magnos Nise Penates:  
Assaraciq; Iarem: & cana penetralia Vestæ  
Obtestor (quæcunq; mihi Fortuna fidesq; est  
In uestris pono gremiis) reuocate parentem:  
Reddite conspectum: nihil illo triste recepto.  
Bina dabo argento perfecta atq; aspera signis  
Pocula: deiicta genitor quæ cepit Arisba:  
Et tripodas geminos: Auri duo magna Talēta.  
Craterea antiquum: quem dat Sidonia Dido.  
Si uero capere Italiam: sceptrisq; potiri  
Contigerit uictori: & prædæ ducere sortem:  
Vidisti quo Turnus equo: q̄bus ibat in armis  
Aureus: ipsum illū Clypeū: Cristasq; rubentes  
Excipiam fortis: iam nunc tua præmia Nise.  
Præterea bis sex genitor lectissima matrum  
Coppora: captiuosq; dabit: suaq; oibus arma.  
Insup id cāpi: quod rex habet ipse Latinus.  
Te uero mea quem spaciis propioribus ætas  
Insequitur uenerande Puer: iam pectore toto  
Accipio: & comitē casus complector in omnis  
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus:  
Seu pacem: seu bella geram: tibi maxima rerū:  
Uerborumq; fides: contra quem talia fatur  
Euryalus: me nulla dies tam fortibus ausis  
Dissimilem arguerit: tantum fortuna secunda:  
Aut aduersa cadat: sed te super omnia dona  
Vnum oro: genitrix Priami de gente uetusta  
Est mihi: quam miserā tenuit non Ilia tellus  
Mecum excedentē: nō mœnia regis Acestæ.



**C**SER. Quodcūq; pericli ē: syllepsis: nā subaudis piculū. Inq; salutatā linquo: isalutatā: & ē tmesis: ut Inuti  
lis inq; ligatus cedebat. Qd̄ nequeā lachrymas perferre parētis: excusat ne uideat crudelis: unde sequitur ma/  
tris eius tragicus & miserabilis ille conquestus potuisti linq̄re solā crudelis: & talia. Inopem: modo auxilii  
egentem. In casus omnes: ut supra Fortuna secunda: uel aduersa. Pulcher iulus: incongruum epitheton pul/  
chritudinis posuit: cum res esset in loco religionis. Strinxit pietatis imago: perstrixit: memordit: admonuit.  
sensus autem est: aut postq̄ uidit istum sic amare matrem: paternae pietatis coepit uirtutem agnoscere: Aut cer

**H**ic ego nūc ignarā huius (quodcūq; picli ē)  
Inq; salutatam linquo (Nox: & tua testis  
Dextera) qd̄ nequeā lachrymas pferri parētis:  
At tu (oro) solare inopem: & succurre relictā.  
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo  
In casus omnes: percussa mente dederunt  
Dardāidæ lachrymas: añ omneis pulcher Iul?  
Atq; animum patriæ strinxit pietatis imago.  
Tum sic effatur.

Spondeo digna tuis ingentibus omnia coeptis:  
Nāq; erit ista mihi genitrix: nomenq; Creusæ  
Solum defuerit: nec partum gratia talem  
Parua manet: casus factum quicūq; sequetur:  
Per caput hoc iuro: p quod Pater ante solebat:  
Quæ tibi polliceor: reduci: rebusq; secundis:  
Hæc eadem matrisq; tuæ: generiq; manebunt:  
Sic ait illachrymās: humero simul exiit ensem  
Auratum: mira quem fecerat arte Lycaon  
Gnosius: atq;abilem uagina aptarat eburna.  
Dat niso Mnestheus pellem horrentisq; Leonis  
Exuuias. galeam fidus permutat Althes.  
Protinus armati incedunt: quos omnis eunters  
Primog; manus ad portas: Iuuenūq; Senumq;  
Prosequitur uotis: necnon & pulcher Iulus  
Ante annos: animumq; gerens: curamq; uirilē  
Multa patri mandata dabat portāda: sed auræ  
Omnia discerpunt: & nubibus irrita donant.  
Egressi superant fossas: noctisq; per umbram:  
Castra inimica petūt: multis tamē ante futuri  
Exitio. passim somno: uinoq; per herbam  
Corpora fusa uident: arrectos littore currus  
Inter lora: rotasq; uiros: simul arma iacere

aut p reditu uota faciētes. Et nubib; irrita donāt: ut Ipse partē uolucres disperfit i auras. Castra ini. nō tātū  
hostilia: sed etiā pntiosa. Nā cū dolore dictū inimica: unde s. redituri nō erant quod ex sequentibus cōprobat:  
dicēdo enim multis tamē ante futuri exitio: ostendit perniciofa eē castra: quæ ipsis fuerant mortem allatura.  
**C**HRIS. Ignarā & isolitā: timebat. n. ne robur aī pietate materna succūberet. Præposuit igit̄ rēpub. matri: &  
remediū sua prudētia adinuenit. Talē pa. nō erit illi parua remuneratio q; te peperit. Hæc ea. m. manebūt: su  
baudi si nō redieris: qd̄ subtraxit ne male aliqd̄ omiāref. Generiq; qm̄ mater ipa oia Eurialo pmissa acciper  
pp uetustā ætatē: & pp sexū ihabilis erat. Humero. s. en. dat ad p̄sens minorū miera: qbus maiorē fidē con  
firmet. Quos. o. facit rē uerisimilē ex quo fieri solet. Ante ānos: nā puerilis etas si ei? naturā respicias ea nō fe  
rebat. Animū: fortitudinē. Curā: prudētiā & cōsiliū. Noctisq; p um. nā in luce dephēsi fuisset. Castra ini  
mica. q. di. uenitabile exitiū: Nā duo tot supare q poterāt: sed tñ ut demōstret̄ corū fortitudo addit. Multis tñ an  
te futuri exitio. Passim: negligētia hostiū & p̄fundus somnus facit rē uerisimilē: nā hæc Iuueni aīum dabāt.

te coepit etiā ipse sic i pietatē moueri: ut eius cōsueuit  
pater: Aut certe exēplo Euryali audius coepit amare  
patrē etiā ante dilectū. Nec partū gratia talē Parua  
manet: debet ab oībus coli: q̄ talē creauit. Casus fa/  
ctū q̄cūq; sequet̄: satis cōgrue. Præmia. n. nō debent  
eū tui: sed uoluntati. Per qd̄ pater ante solebat: alii  
uolunt ideo ante: quia absens est Aeneās: nam iura/  
re possumus & per absentis filii caput: alii ad causam  
religionis trahunt: quæ præcepit: ut filii imitentur  
in omnibus rebus suos parētes: ut nunc quasi imita/  
tio sit iurisiurādi: ut dicat Ascanius Iuro p caput me/  
um: sicut præsens pater per caput suum iurare con/  
sueuerat: quoties fidem suam confirmare cupiebat.  
Alii uolunt ideo dictum ante: quia pontificibus per  
liberos iurare non licebat: sed per deos tantūmodo:  
ut sit anteq̄ pontifex esset Aeneas. Reduci rebusq;  
secundis: mira arte moratur in prosperis: & ea iterat:  
tacet aduersa & magis intellectui: & subauditioni  
relinquit. quum enim non dicat: si non redieris ait  
Matriq; tuæ generiq; manebunt. hoc autem secun/  
dum morem romanorum dicit: apud quos præmia  
decernebantur ut illi liberisq; eius: ut darentur libe/  
ris quæ accipere non potuissent parentes. Lycaon  
gnosius: cretensis: & est laus ab artifice. hunc autem  
gladium Euryalo datum intelligamus. Nam nifus  
accepit pellem & galeam. Pellem horrentisq; leo/  
nis Exuuias: το αυτο dixit: hoc est bis idem: ut Bel/  
lum etiam pro cæde bouum stratisc; iuuecis Laome/  
dontiada. Galeam: alia enim sunt exploratum:  
sicut etiam Homerus ostendit: qui explorationes sic  
armat: & primo de Diomede.

αμφι ΔΕ ΝΥΝΕΗΥ ΝΕΦΑΛΗ ΦΙΝΕΘΗΝΕ ΤΑΥΡΕΙΗΥ.  
αφαλοντε και αλοφου ητε ναται τυφνηληται.  
Et infra de ulyse

αμφι ΔΕ ΟΙ ΝΥΝΕΗΥ ΝΕΦΑΛΗΦΙΝ ΕΘΗΝΕΥ  
ΡΙΝΟΥ ΠΟΙΗΤΗΥ ΠΟΛΕΣΙΥ ΔΕΥ ΤΟΟΣΕΥ ΙΩΑΣΙΥ  
ΕΝ ΤΕ ΤΑΤΟ ΣΕΡΕΩΣ: ΕΝ ΤΟΟΣΕΥ ΔΕ ΛΕΥΝΟΙ ΟΔΟΥΤΕΣ  
ΕΥ ΚΑΙ ΕΠΙΣΑΜΕΝΟΣ ΜΕΩΣΗ ΔΕΥΙ ΠΙΛΟΣ ΑΡΗΡΕΙ.

Sed de illa Diome, pprie itelligēdū q̄ sine cono ē ut  
ocultior sit explorator. Talis. n. uocat̄ ναται τυφ: q̄  
sit hūilis fabricata. i. να τω τυφτη: & alia bellantiū.  
Primog; genitiū? hic uēit ab eo qd̄ ē hi primores  
sicut hi p̄ceres: quorū noīum noīatiū? singularis nō  
iuenit: licet dicamus primoris. Votis: aut cū uotis:



**ESER.** Vina simul: uasa scilicet uini: in quibus uina ponuntur, ¶ Ore locutus: non est perissologia, Nam secundum Homerum exploratores quæ uolunt plerumque nutu significat: apud quæ ulysses Diomedem sibilo inuit, *ποιήσεν λαρά πιφασσώνων Διομήδει Διῶ,* ¶ Audendum dextra: quia audemus & cursu & animo, ¶ Hac iter est: per hostium cædem: & audaciam nostram, ¶ Hac ego uasta dabo: de quibus dixit Corpora fusa uidet, ¶ Sed non augurio potuit depellere pestem: ostendit per transitum fati necessitatem nulla perita posse depelli: est autem Homeri uersus, *αλλουνοίωνοισιν ερυσσάτο νηρα μελαίηναν,* ¶ Temei passim: fortuito: negligenter, ¶ Pre-

mit opprimit, ¶ Sub ipsis equis: circa ipsos, ¶ Pendentia colla: quasi ebriorum, ¶ Singultatem: cum singultu animam efflantem, ¶ Plurima luserat: pro plurimum, ¶ Deo: uino uel somno, ¶ Per ouilia turbans: perturbans ouilia: nam tmesis est, ¶ Mutumque metu: scilicet pecus: nam male quidam accipiunt mutum fremitum de leone: quod si dixeris: uacat metu, ¶ Incensus & ipse Perfurrit: exemplo Nisi, ¶ Sine nomine plebem: bene expressit & bellatoris peritiam: & tyronis in consideratam aueritatem, Nam Nisus reges iterum, Euryalus scilicet in plebem: ut Salu, Et insolentia aueritius malefaciendi: sine nomine autem dixit sine gloria: quorum per humilitatem non sunt omnibus nota nomina, ¶ Rhetemque uigilantem: hoc loco non tantum Rhetem timor: sed nisi audacia compromatur, ¶ Et multa morte recepit purpuream: multi hic distinguunt ut sit sensus talis: eduxit gladium cum multo cruore purpureum: alii multa morte recepit: ut sit gladium cum multo cruore: & sic iherunt Purpuream uomit ille animam: secundum eos: qui dicunt animam esse sanguinem, ¶ Recepit: eduxit: ut Hastamque recepat Ossibus hærentem, ¶ Vina refert: proprie quæ paulo ante potauerat, ¶ Hic furto feruidus instat: scilicet Euryalus: qui scilicet latenter: ut sit furto nocturno prælio, Nam fures ideo dicti sunt quod furuo: id est nigro tempore furta committunt: aut re uera furto feruidus: quia Mesapi galeam sustulit: Rhamneris phaleras, ¶ Religatos: non solutos: sed diligenter ligatos: unde addidit re: id est ex militari consuetudine optime ligatos, ¶ Lux inimica: proditrix.

**EDONA.** Temere: ostendit hos ita uino fuisse oppressos: ut cecidisse potius quam corpora ad quietem tradidisse uiderentur, ¶ Secat: quod non fit sine mora, Hoc ueniebat ex securitate agentis & ignoratione patientis ex nimia ebrietate, ¶ Deo uictus: ostendit hunc sola ebrietate oppressum esse, Vigilantem hic loco timore perit: qui nec clamare: nec ire contra ausus est, ¶ Purpuream: purpura nigra est cum rubore: sic sanguis propter copiam uini nigrior in eo fuerat, ¶ Instat feruidus: occasio rei gerendæ illum accedebat, Ostendit autem hos non motos esse præcio rerum sed gloria qua abstulerunt solum ea quibus ornarentur.

**ACHRI.** Audendum dextra: quia animo ut uerbis non fat esset: nunc in tanta occasione, ¶ Colliguntur: enim hæc omnia quæ rhetores sub signo in coniecturali reponunt, sicut tempus spaciū occasio: Ex quibus sequitur spes perficiendi & spes celandi, ¶ Consule longe: ita consule ut longinquum spaciū oculis lustrando explores, ¶ Vasta: nam quis locus magis uastus esse potest quam qui habitatoribus uacuatur, ¶ Lato limite: quia latum spaciū hominibus euacuabo, ¶ Proflabat: maior inest in dormientibus anhelitus, ¶ Augur: uide Serui,

Vel dic quod per transitum spernit huiusmodi artes uaticinandi tanquam ex maiori parte mendaces, Ex hac autem temeraria cæde ostendit plus longe prodesse consilium prudentium: quam iuuenum audaciam: nam si hic cautus egisset tutus euadere cum socio potuisset, ¶ Deo: uel somno uel baccho, ¶ Protinus: iugiter perseueranter, ¶ Absistamus: recte illi quæ ætate præibat sapientius consilium dat, ¶ Inimica: nobis quæ tenebrarum beneficio freti hæc audemus,

Vina simul: prior Hyrtacides sic ore locutus.

Euryale audendum dextra: nunc ipsa uocat res:

Hac iter est: tu: nequa manus se attollere nobis

A tergo possit: custodi: & consule longe.

Hæc ego uasta dabo: & lato te limite ducam.

Sic memorat: uocemque præmit: simul ense supbū

Rhamnetē aggredit: qui sorte Tapetibus altis

Extractus toto proflabat pectore somnum:

Rex idem: & regi Turno gratissimus augur:

Sed non augurio potuit depellere pestem.

Tres iuxta famulos temere inter tela iacentes:

Armigerumque præmit Rhamni: aurigamque sub ipsis

Nactus equis: ferroque secat pendentia colla.

Tū caput ipsi aufert domio: truncumque relinquit

Sanguine singultantem atro: reperfacta cruore

Terratorumque madent: necnon tamyrumque: lamamque

Et iuuenem Serranum: illa qui plurima nocte

Luserat insignis facie: multoque iacebat

Membra deo uictus: felix si protinus illum

Aequasset nocti ludum: in lucemque tulisset.

Impastus ceu plena Leo per ouilia turbans.

(Suadet enim uesana fames) maditque: trahitque

Molle pecus: mutumque metu fremit ore cruento.

Nec minor Euryali cædes: incensus & ipse

Perfurrit: ac multam in medio sine nocte plebem

Fadumque: Hebesumque subit: Rhetumque: abarimque

Ignaros: Rhetum uigilantem: & cuncta uidentem:

Sed magnū metuens se post Cratera tegebat.

Pectore in aduerso totum cui cominus enssem

Condidit assurgenti: & multa morte recepit.

Purpuream uomit ille animam: & cum sanguine mixta

Vina refert Moriens: Hic furto feruidus instat:

Iamque ad Mesapi socios tendebat: ubi ignem

Deficere extremum: & religatos rite uidebat

Carpere gramem equos: breuiter cum talia Nisus:

(Sensit enim nimia cæde: atque cupidine ferri)

Absistamus ait: nam lux inimica propinquat:



**ESER.** Poenarum exhaustū satis est: bene exhaustū: ut ostendat eos avidos cædis fuisse & eroris hostilis. Via facta p hostes: ut Hæc ego uasta dabo & lato te limite ducā. Euryalus phaleras rhamnetis & aurea bullis Cingula tyburri: phalera ornamenta equorū sunt: & est sermo græcus τα φάλαρα enim dicūt Cingulum autem hominum generis est neutri. Nam animalium genere fœminino dicimus has cingulas. Tyburri remulo ditissimus olim Quæ mittit dona: Consuetudo erat apud maiores: ut iter se homines hospitii iura mutuis muneribus copularent: uel in præsentī: uel per iternūcios. Sensus ergo nunc talis est Cedicus quidā Remulo quū eū sibi absens hospitio uellet adiungere: misit phaleras & cingula bullis aureis: hoc est clauis isignita. Remulus moriens nepoti suo cognomini hæc reliquit: qui postea uictus a rutulis est & occisus: post cuius mortē apud Rhamnetē rutulū reperta sunt hæc mūera. Quod autem dixit Tyburri Remulo: aut tyburтино itelligamus: hoc ē de Tybure: ut sit datiuus ab appellatiuo ueniēs hic Tyburs aut Tyburte: hoc ē filio Tyburri ab eo quā est hic Tyburtus huius Tyburri: ut sit tyburri remulo: sicut deiphobe glauci. Suo moriens dat habere nepoti: Remulo: quē supra auo cognominē diximus. Nā quoties aperte nō ponit nōmē filii: uel nepotis: cognominē eū esse itelligimus auo uel pri: quorū nomē apte positū iueniē: & ecōtra si filii uel nepotis nomen positū fuerit: p̄missū aut parētū cognomines eos itelligamus necesse est. Post mortē, in nepotis Remuli secūdū supra dictū sē sū. Nā Dōar<sup>9</sup> dicit post mortē nisi & Euryali bello potiti sūt rutuli: quā nō p̄cedit: si diligēter aduertas. Sāc sciēdū hūc locū ēē unū de xii. Virgīlii siue per naturā obscuris: siue insolubilibus: siue emēdādis: siue sic relictis: ut a nobis p̄ historiæ antiq̄ ignorātiā ligde nō itelligant. Neq̄q̄: nō fruiturus: & est neq̄q̄ aptat: non neq̄q̄ fortibus. Galeā mesapi: nō occisi mesapi abstitit galeā: nā dimicaturus ē paulopost sed inuenit iacētē & sustulit. Cristisq̄ decorā: bene præmittit dicēs decorā. Nā eius splēdor̄ prodēte Euryalus capis. Excedunt castris: rutulorū scilicet Nā supra dicit Castra inimica petūt. Vrbe latina: nō est contrariū illi loco ubi ait: Sepit se tectis: rerūq̄ reliquit habēas: quā mō a latia urbe auxilia uenire cōmemorat. Itelligimus enim Latinū in p̄cipio discordiæ & tumultus paululū se abstīnuisse: postea tamē nec suorū copias: nec propria denegasse cōsilia. Nā eū & cœtui & fœderi-

Pœnarū exhaustum satis est: uia facta p hostes.  
 Multa uirum solido argento pfecta relinquūt  
 Armaq̄: Cratera q̄: simul pulchrosq̄ tapetas.  
 Euryalus phaleras Rhamnetis: & aurea bullis  
 Cingula Tyburri Remulo ditissimus olim  
 Quæ mittit dona: hospitio cū iungeret absens  
 Cedicus: ille suo moriens dat habere nepoti.  
 Post mortem Rutuli bello: pugnaq̄ potiti.  
 Hæc rapit: atq̄ humeris neq̄q̄ fortibus aptat.  
 Tum galeā Mesapi habile: cristisq̄ decoram  
 Induit. excedunt castris: & tuta capeffunt.  
 Interea præmissi equites ex urbe latina:  
 Cætera dum Legio campis instructa moratur:  
 Ibant: & Turno regi responsa ferebant.  
 Tercētum scutati omnes Volscente Magistro.  
 Iamq̄ p̄pinquabant castris: muroq̄ subibant:  
 Cū procul hos leuo flectentes limite cernunt.  
 Et galea Euryalum sublustri noctis in umbra  
 Prodidit imēorē: radiisq̄ aduersa r̄fulsit. (scēs.  
 Haud temere ē uisū: cōclamat ab agmie Vol-  
 State uiri: q̄ causa uiæ est: q̄ ue estis in armis:  
 Quo ue teneris iter: nihil illi tendere contra.  
 Sed celerare fugam in siluas: & fidere nocti.  
 Obiiciunt equites sese ad diuortia nota

bus interfuisse dicturus ē. Legio cāpis instructa morat: p̄prie. Nā legiones peditū sunt: turmæ uero equitum. Tercētum: quia romani equites primo tercētū fuerūt: de singulis. n. curiis deni dabantur: quas triginta suis se diximus. Scutati oēs: nō clipeatis. Nā clipei peditū sunt: scuta uero eqtū: ut hæc breuiora: illi uero longiores. Volscēte magistro: proprie. Nā magister equitū dicitur. Muro: troiāorū. Leuo limite: respiciēs sitū regio- nis locutus est. Sublustri noctis in umbra: sublustris nox est habēs aliquid lucis. Hor. Noctē sublustri nihil p̄rer astra uidit & undas. Radiis: lunaribus. Haud temere: particula hæc mō sine causa significat: alias fortuito: alias male: alias iprouide: quæ pro loco itelligunt. Nihil tēdere cōtra: hoc est nihil ei responderūt: nā tēdo contra sermonem tuum: est respondeo tibi: tendo contra tuum iter: est occurro tibi: ergo nihil cōtra tendebat: id est nihil respondebant econtra. Ad diuortia: ad diuerticula uiæ militaris. Ter. Vbi ad ipsum ueni diuerticulum. Diuerticula autem sunt semitæ transuersæ: quæ sunt a latere uiæ militaris.

**CDONA.** Nequiq̄: quia omnia in morte perditurus erat. Sublustri: umbra noctis quæ sereno cœlo habet aliquid luminis. State: mira breuitate omnia interrogat.

**CHR.** Exhaustū: cōuēiēter dictū in cædis avidos. Reliquūt: nō. n. auaritiæ cā: sed gloriæ cupiditate illa egerāt. Euryalus phaleras: hæc at cupiebāt: ut eēt p̄petuū testimoniū suarū uirtutū. Neq̄q̄: quā nō erat illa possessurus. Habile: itarco Mesapi potiusq̄ alius quoniā illi sibi q̄drabat: nā habile id dicimus quā q̄drat. i. q̄ optime h̄et & pro nostro arbitrio tractare possumus. Ergo in priō libro. Habileq̄ humeris suspēderat: habile ergo. i. q̄ neq̄ laxior capiti: neq̄ angustior eēt: sed ita q̄draret ut cōmode se h̄et. Excedūt castris: usi sunt se cūda fortia in castris: sed quoniā nimis diu illa sunt abusi dephēsi sunt ab eqtibus quos si maturius recessissent nec tāta stragē edere uoluissent facile euassissent. Morat: p̄p nimiā turbā & maiora ipedimēta nō ita facile p̄fici pōt immemorē: iprouidū. nō. n. meminit quā sciebat. Reflexione radiorū lunæ in illa posse illos qui tenebras q̄rebant prodi. Obiiciunt equites ad diuortia: proprie diuortia sunt: unde aquæ cadentes in diuersa defluunt: ut uidemus a iugis montiū: sed hic diuortia appellat diuerticula. i. uiæ quæ a frequētiōri uiā diuertuntur.



**CSER.** Abitūq; coronant: melior ē lectio abitū: q̄ aditū Cingūt enim siluā: ne habeant unde abire possint. **Ducebat** semita calles: legitur & lucebat: q̄ si est rara pro raro accipiendū est: ut sit raro lucebat: herbas scilicet in aliquibus locis interuenientibus: si ducebat: intelligimus inter calles pecorū rarā fuisse semitā: hoc est hominū uiam. **Euryalū** impediūt: impedio te per accusatiuum dicimus: & casus mutari nō potest: nisi deferas uerbū: ut si dicas **Impedimēto** mihi est. Sciendum sane multas cōferri in Euryalū excusatiōes. **Nifus** abire: bene meminit uelocitatis: quam ei in q̄nto dedit: ut **Primus** abire: lōgeq; ante oīa corpora Nifus **Emitat**. **Imprudēs**: scilicet re manētis Euryali. **Albā** de noīe: uel porcā: uel ciuitatis: uel regis albāt: cui successit Procas. **Infelix** qua te regione reliq; se infelicē dicit: qui dolet non illum propter quē dolet. **Iter** omne reuoluēs: scilicet siluā **Urbanus** hucusq; uerba Nifi uult esse. **Alii** poetæ dāt rursus perplexum iter omne. **Signa** sequentū: militatē sonum dicit: q̄ uariū est: nā interdū canit: ut isequantur eos qui fugiūt: interdū receptū. **Nec** longū in medio tēpus: inter auditū sonum & uisum Euryalum. **Oppressum** rapit: quem iam oīs manus rapit: nam male q̄dam uidens rapit accipiūt: q̄ si admitteris: uacat **Quē** iā manus omnis. **Pulchram** properet per uulnera mortē: gloriosum enim est pro amico perire: & pulchrā ex persona poetæ dictū est. **Tu** præsens nostro succurre labori: non dicit quā præsens es: sed præsens succurre labori: id est ilico statim. **Siqua**: qua uacat: & hic & in sequenti. **Suspēdi** ue tholo: tholos proprie est ueluti scutum breue: quod in medio tecto est: in quo trabes cōeunt: ad quod dona consueuerant suspendi: bene autem uēatorem nomen inducit inuocare siluarum. **Turbare** globum: sana petitio. Nam q̄ impossibile uincere fuerat: petit ut saltē perturbet telorū beneficio. **Rege** tela per auras: p̄ noctē in qua sine auxilio numinis: rectus iactus esse nō potest. **Ferrum** conicit hasta: de ferro ad hastā trāsit. **Conicit** pro conicit. Nā conicit antiquū est.

**CDONA.** Silua: Breuis descriptio: & quā ea sola continent quā errorē Euryalo facere possint: hęc separati sunt quos discerni nō oportuit. **Euryale** infelix: duplex ē lectio uel infelix Euryale uel euryale: ego infelix qua regione reliqui te: sed magis ad se refert cui labores & picula iā pacta repetēda sint. **Fraude** loci: iam liberat Nifum ab inertia. **Tu** dea: ut possis. **Astrorum** decus: q̄ rogat: ut bēuolā reddat. **Siq;** ostendit interitum quod nihil proficeret: nisi pro se pater fecisset. **Tholū** autē dicit medietatem tecti in rotundum collecti. **Petit** autem quod facile est non liberationem sui & socii: sed turbationem globi.

**CHRI.** Aditum: locum per quem abire possent. **Horrida** aspera: & sentibus nisi paucis callibus iua tenebrā ramorū. **Rara** p̄ occultos calles: snia est nō solū uia: sed ne semitā quidem fuisse: sed raros calles q̄ pro semita essent: nam de actu uia semita tramite & calle dictum est. **Possimus** legere q̄ semita rara ducebat per occultos calles: ut ostenderet semitam non iugem fuisse sed modo se semitam prebere: modo ita tenuem reddi: ut in calles qui minores sunt: & eos quidem uix apparentes desineret. **Fallitq;** sentētia est q̄ ex timore amisit cognitionem itineris: quod tenere propter regionis & uiarū ambiguitatem difficile erat. **Rurfus**: retro. **Perplexum**: implicitum: ambiguū. **Quid** faciat: dubitatio est quā apud oratores maxime mouet pathos. Est enim dolentis: uel irascentis dubitare quid agat: ut **Dido** En quid agam? rursus ne procos irrisa priores experiar? & de orptheo: **Quid** faceret? quo se raptabis coniuge ferret? **Ocius** abducto: ne in magna quidem trepidatione suā fortitudinis oblitus est. **Verum** occultius nos admonet poeta non esse prudentis sese fortunæ credere. Nam quā paulo ante sese lætam ostenderat breui penitus aduersa facta est. **Tu** dea: omnes homines naturæ impulsu in rebus dubiis diuinum fauorem quærunt: sed recte hic nocturno tempore in siluis eam deam quā & nocti & siluis præest iuocat. **Hyracus**: qui uenator uenatricem colebat. **Calidum** flumē: frigidus nam propterea moriens frigescebat: quoniā sanguis quo corpora calent omnis uno momento fluebat.

**Hic**: atq; hic: omnemq; abitū custode coronāt.  
**Silua** fuit late dumis: atq; **Illice** nigra  
**Horrida**: quā densi complerant undiq; sentes.  
**Rara** per occultos ducebat semita calles.  
**Euryalum** tenebrā ramorū: onerosaq; præda  
**Impediunt**: fallitq; timor regione uiarum.  
**Nifus** abire: iamq; imprudens euaserat hostes  
**Atq;** lacus: qui post Albā de nomine dicti  
**Albani**: tū Rex stabula alta Latinus habebat.  
**Ut** stetit: & frustra absentem respexit amicum:  
**Euryale** infelix qua te regione reliqui:  
**Qua** ue seqr̄: rursus p̄plexū iter oē reuoluens  
**Fallacis** siluæ: simul & uestigia retro  
**Obseruata** legit: dumisq; silentibus erra.  
**Audit** equos: audit strepitus: & signa sequentū.  
**Nec** lōgū in medio tēpus: cū clamor ad aures  
**Peruenit**: ac uidet Euryalū: quem iā manus oīs  
**Fraude** loci: & noctis subito turbante tumultu  
**Oppressum** rapit: & conātem plurima frustra.  
**Quid** faciat: qua ui iuuenē: q̄b; audeat armis  
**Eripere**: an sese medios moriturus in hostes  
**Inferat**: & pulchrā properet p̄ uulnera mortē:  
**Ocyus** adducto torquens hastile lacerto  
**Suspiciens** altam Lunam: sic uoce precatur.  
**Tu** Dea: tu præsens nostro succurre labori.  
**Astrorum** decus: & nemorum Latonia custos:  
**Siqua** tuis unq; pro me pater Hyrtacus aris  
**Dona** tulit: siqua ipse meis uenatibus auxi:  
**Suspēdi** ue Tholo: aut sacra ad fastigia fixi.  
**Hūc** sine me turbaſ globū: & rege tela p̄ auras.  
**Dixerat**. & toto connixus corpore ferrum  
**Cōiicit**: hasta uolās noctis diuerberat umbras.



**C**SER. Aduersi in tergū sulmonis ibiq; frangit: tergū p' tergus dixit, Salustius: Tergis uicebāt pro tergori/ bus ut intelligamus hastā in scutū uenisse: & illic esse collisam: ut frangit sit collidit: fissoq; scuti: ligno ēt pcor/ dia penetrasse: aliter nō procedit. Nā si hastā re uera fractā accipiamus: ratione caret qd' dicit Fisso transit pcor/ dia ligno. Alii re uera in tergū uolunt esse percussum: quod falsum est: nam quo modo ante fissum est lignū: & sic p'cordia penetrata? Sciendū tamē locū hunc esse de iis: quos diximus supra, ¶ Hoc acrior idem qd' latuerat: & quod ei primus prospere processerat iactus, ¶ Telum librabat ab aure: gestus iaculantis exprimitur: aut n. ab

Et uenit aduersi in tergum Sulmonis: ibiq;  
Frangitur: ac fixo transit p'cordia ligno.  
Voluitur ille uomens calidū de pectore flumē  
Frigidus: & longis singultibus Ilia pulsar.  
Diuerſi circūspiciunt: hoc acrior idem  
Ecce aliud summa telum librabat ab aure:  
Dū trepidant: ite hasta Tago per tempus utrūq;  
Stridens: traiectoq; hæsit tepefacta cerebro.  
Sæuit atrox Volſcens: nec teli cōspicit usquam  
Auctorem: nec quo se ardens immittere possit.  
Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas  
Perſolues amborum inquit: simul ense recluso  
Ibat in Euryalum: tum uero exterritus amens  
Conclamat Nisus: nec se celare tenebris  
Amplius: haud tantū potuit perferre dolorem.  
Me: me: adsum qui feci: in me cōuertite ferrum  
ORutuli: mea fraus omnis: nihil iste nec ausus  
Nec potuit: cælum hoc: & cōscia sidera testor.  
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.  
Talia dicta dabat: sed uiribus ensis adactus  
Transadigit constas: & candida pectora rupit.  
Voluitur Euryalus leto: pulchrosq; per artus  
It cruor: inq; humeros ceruix collapsa recūbit.  
Purpureus ueluti cum Flos succisus aratro  
Languescit moriens: lasſo ue Papauera collo  
Demisere caput: pluuia cum forte grauantur.  
At Nisus ruit in medios: solumq; per omnes  
Volſcentem petit: in solo Volſcente moratur:  
Quē circū glōerati hostes hic cōmīus: atq; hic  
Proturbant: instat non segnius: ac rotat ensem  
Fulmineum: donec Rutuli clamantis in ore  
Cōdidit aduerso: & moriēs aiām abstulit hosti.  
Tum super exanimem sese proiecit amicum  
Cōfossus: placidaq; ibi demum morte quieuit.

Est n. celerissima: ut si possit auertat hostes ab amico: & se ita offert ut non sit uolētibus ulcisci quærendus, ¶ Ni/ miū ifelicē: qā & suæ & amici mortis cā fuit, ¶ Trāsadigit. co. q. d. potuisset tanta pietate cōmoueri hostis si ictū/ iā illatū potuisset reuocare. Descriptiōe at mortis Euryali: & cōparatiōe maximū iplet pathos, ¶ Cādida pe. ru.  
Amō ē pathos, ¶ Pulchrosq; p' arā pulchritudine deturpata, ¶ At nisus ruit: nulla alia superat cōsolatio nisi: ut  
ultus amicū sup illū recūberet: unde ait Placidaq; ibi demū morte quieuit. Quā at hoc sūmū amicitia exēplū fu/  
it eos fortunatos appellat cū tā p'clara res iter mortales amicitia fuerit: ut etiā in extrema calamitate pp illā for/  
tūati appellari possint, ¶ Si qd. m. c. p. poetæ officii iplet: q bonorū misereri debēt eosq; laudare & malos odisse  
atq; infectari: hinc Horatius. Ille bonis faueat & consilietur amice Et regat iratos & amet peccare timentes: &  
paulopost deosq; precetur & oret ut redeat miseris habeat fortuna superbis, Pollicetur autem præmium quo  
hominibus gloriæ cupidis: nullum maius esse possit famam: scilicet perennem.

aure: aut a latere tela iaciunt, ¶ Per tps utrūq; cōgrue  
dicit telū per tps utrūq; transisse. Ait n. diuerſi circū  
spiciunt: hoc est huc & illuc circū ora ferunt: per q op  
portunitatē potuit telū tēpus utrūq; transisse. Aſper  
tamē dicit per tps utrūq; hoc est iter tps utrunq; : ut  
econtra Hūc iter fluuiō tyberinus amœno. i. per hūc:  
qd' si est: intelligimus eū in frōte esse uulneratū, ¶ Te  
pefacta cerebro: alibi Et fixo ferrū in pulmone tepe/  
sciū, ¶ Interea: donec ille iuenitur, ¶ Perſolues ambo/  
rū: aut occisorum: aut tuas & Nisi. Nā duos eos fuisse  
nouit: supra enim ait, State uiri, ¶ Me me: subaudi in  
terficate: & ē iterrupta elocutio dolore turbati, ¶ Nec  
potuit: ualidior argumentatio ex impossibilitate: ut  
Quid troes potuer? Itē Nō ea uis aiō: nec tāta supbia  
uictis, ¶ Tātū infelicē nimū dilexit amicū: cōtra illud  
Cur ergo uēit? dicit tātū ai cū dilexit: ut cū nihil pos/  
set: tamē uēiret, ¶ Voluit euryalus leto: aut septimus  
est: aut datiuus. Sed si datiuus est: figuratū est. in le/  
tū: ut It clamor cælo, ¶ Purpureus ueluti cū: flos suc/  
cisus aratro Languescit: habet ratio cōparationis. Vi  
detur enim euryalo Hyacinthū cōparare: qui pulcher  
rimus fuit: & post mortem in florem conuersus est.  
¶ Lasſo ue papauera collo dimisere caput: Homeri ē  
& cōparatio & figura. Nā & ille sic ait: ut multorum  
unū diceret caput.

ΜΗΝΩΝ ΔΩΣ ΕΤΕΡΩΣΕ ΝΑΡΗ ΒΑΛΕΝ: ΗΤΕΥΙ ΝΗΠΟ  
ΝΑΡΠΩ ΒΡΙΘΟΜΕΝΗ ΝΟΤΙ ΗΣΙ ΤΕ ΕΙΣΡΙ ΝΗΣΙ,  
¶ Volſcētē petit: appetit. Petitiones n. pprie dicimus  
impetus gladiatorū: unde Cice. Quot ego tuas peti/  
tiones ita cōiectas: ut uitari nullo mō possent: parua  
quadam declinatione cōcutiunt: & ut aiunt corpore  
excussit, ¶ Proturbāt: cōfodiunt: Vnde paulopost cō/  
fossus, ¶ Non secius: nō segnius q uulneratus, ¶ In ore  
condidit aduerso: archaismos est: ut supra Pectore in  
aduerso totū cui comīus ensem Cōdidit, ¶ Placidaq;  
ibi demū morte quieuit: aut ppriū epithetō est mortis:  
aut ex affectu parētis dictū ē: q cū amico moriebat.

**C**DONA. Summa librabat ab aure: sūma copia  
scriptoris: nam supra dixit abducto lacerto, ¶ Sæuit:  
Crescit ira quoniā auctor facti nō apparebat, ¶ Pur/  
pureus: At totum corpus refertur hæc comparatio.  
Papauer uero ad ceruicem & ad caput, ¶ Dum do/  
mus: Ostendit omnia uentura ad finem.

**C**CHRI. Tū uero exterritus: Quāta sit uis amici/  
tia appet cū p amici salute seipſū pdat, ¶ Exterritus:  
nō sibi sed amico timēs, ¶ Amēs: nā ex nimio timore  
mētē amiserat, ¶ Me me adsum: efficacissima oratio.



## Aeneidos

**¶ SER.** Siquid mea carmina possunt: uerecūde ad euitādā arrogātiā dictū. **¶** Domus: familia. **¶** Capitoli immobile saxum. **¶** Accolet: In urbe roma tēplū Iouis nō fuit: qđ quū iam deuotum a Prisco Targnio uellet supbus Targnius ædificare: cœpit auguriis captare: qđ mōs huic tēplo esset aptissimus: & quū in omnibus tarpeius eēt inuērus: in quo erāt multa diuerforū numinū sacella: actū est ut exinde ad alia tēpla numina euocarent sacrificiis: quo posset libere & sine piaculo tēplū Iouis ædificare. Cūq; omnes diuilibenter migrassent: Terminus solus: hoc est limitū deus abscedere noluit: sed illic remāsit. Tunc de hoc ipso sacrificatū est: & deprehensum qđ terminus cū Ioue remanens æternū urbi imperium cum religione significaret: unde in capitolio prima pars tecti patet: quæ lapidem ipsum terminum spectat. Nam Termino nō nisi sub diuo sacrificabatur. Hinc ergo nūc dixit Capitoli immobile saxū. **¶** Accolet: quia Terminus nō est reuulsus de loco. **¶** Præda rutuli spoliisq; potiti: nō solum suis armis eos exuerūt: sed etiā illa præda: q̄ rutulis fuerat ante detracta. **¶** Serranoq; numaq; decima antapodosis: q̄ fit quoties commemorant ea: quæ nō sunt ante prædicta. **¶** Tepidaq; recentē cæde locū: hypallage: tepidū locum recentē cæde: unde multi legūt Tepidumq; recentē cæde locum: sic alibi Tepidusq; cruor fumabat ad aras. **¶** Spumantes sanguine riuos: spumas tūc habet sanguis: quū effunditur. Nā postea cōquiescit: unde bene dixit spumantes riuos: quia p̄misit Seminecesq; uiros. **¶** Iā rebus luce reiectis: supra Et rebus nox abstulit atra colorē. **¶** Cogit quisq; suos: comites. **¶** Iñā plena ē Aerataq; acies. **¶** Acuunt rumorib; iras: quia duo ausi sunt per eorū castra trāsire. **¶** Euryali & nisi: uolunt nonnulli clamorē esse militū: sed melius hoc a poeta dictū accipimus: nam rutuli eorū nō no uerūt nomina: ut sit Quin etiam capita euryali & nisi præfigunt in arrectis hastis: & cū magno clamore comitantur. **¶** Cingit amni: amne debuit dicere: nū quā enim in i bene exeunt: nisi quæ communis sunt generis: ut docilis agilis: sed ideo ausus est: ita p̄dere ablatiū: quia ut supradiximus: apud maiores hic & hæc amnis dicebatur: ueruntamen quæ duas habent cōsonantes ante is in i & in e ablatiū mittunt: ut ignis igne uel igni: Vir. Vulnus alit uacui & cæco carpit igni: & uectis uecte uecti: Terē. in eunucho cū uecti dorax. **¶** Tenēt fossas: tuent defendunt. **¶** Nota nimis miseris: hoc plus cōmouebant: quoniā etiā abstulit uultus nec dum agnitionis amiserant notas. **¶** Excussi māibus radii: bene excussi q̄si nesciēti: q̄si diceret piecti: radii sunt textoris istrumēta. **¶** Fœmineo ululatu: ipatiēti: ut Fœmineo p̄dæ & spoliisq; ardebat amore. **¶** Prima petit: ideoq; prima: quia solēt in extrema necessitate etiā mulieres muros ascendere: ut ipsæ de muris matres. **¶** Non illa uirum non illa pericli: unum pudoris est: aliud salutis.

**¶ DONA.** Victores: irrisorie: tanq̄ qui magnum putarent: si trecenti duos uicerint: cū duo tres intere missent. **¶** Duri: durantes in labore. In matre aut euryli ostendit quid possit dolor: cum oblita sexus: & etatis tantum fureret. Deniq; accusat eorum quæ & si facta fuissent: nihil tamen prodesse.

**¶ CHRI.** Siquid mea carmina possunt: propter modestiam hac conditione pollicetur. **¶** Dum domus: non erat ignarus poeta omnia mortalia ad interitum tandem uentura: sed uoluit propter fauorem captandum æternitatem romano imperio ominari. Est ergo sensus. i. dum romani qui ab aenea sunt: quorum caput domus est iulia colet capitolium. i. romam: cuius capitolium arx est. **¶** Pater: rex & princeps: cuius munus est: ut suæ fidei deditos ueluti filios regat. **¶** Pater: quoniam senatores qui patres appellabant consilio suo cuncta administrabant. **¶** Armis circumdatus ipse: Oportet. n. prouidētem ducē nō uerbis solū: sed exēplo sui alios ad arma excitare. Ergo nō inermis sed armatus uocabat. **¶** Nota nimis miseris: nam idcirco stant mœsti quia nimis nota. **¶** Excussi manibus radii: pathos a luctu sepe mouet: ut in hoc loco. **¶** Pennata: quasi celeri uolatu. Nā rerum infœlicium uelocissima fama ruit.

Fortunati ambo: siquid mea carmina possunt:  
Nulla dies unq̄ memori uos eximet æuo:  
Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxū  
Accolet: imperiumq; Pater Romanus habebit.  
Victores præda Rutuli: spoliisq; potiti  
Volscentē exanimem flentes in castra ferebāt,  
Nec minor i castris luctus Rhamnete reperto  
Exanguis: & primis una tot cæde peremptis:  
Serranoq; Numaq;: ingens cōcursus ad ipsa  
Corpora: seminecesq; Viros: tepidaq; recentem  
Cæde locum: & plēos spumanti sanguine riuos,  
Agnoscent spolia inter se: Galeamq; nitentem  
Mefapi: & multo phaleras sudore receptas.  
Et iam prima nouo spargebat lumine terras  
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:  
Iam sole infuso: iam rebus luce reiectis  
Turnus in arma uiros armis circumdatus ipse  
Suscitat: ærataq; acies in prælia cogit.  
Quisq; suos: uariisq; acuunt rumoribus iras:  
Quin ipsa arrectis (uisu miserabile) in hastis  
Præfigunt capita: & multo clamore sequuntur  
Euryali: & Nisi.  
Aeneadæ duri murorum in parte sinistra  
Opposuerunt aciem: nā dextera cingitur amni:  
Ingenteisq; tenent fossas: & turribus altis  
Stant mœsti: simul ora uirum præfixa uidebāt  
Nota nimis miseris: atroq; fluentia tabo.  
Interea pavidam uolitans pennata per urbem  
Nuncia Fama ruit matrisq; adlabitur aures  
Euryali: at subitus miseræ calor ossa reliquit.  
Excussi manibus Radii: reuolutaq; Pensa:  
Euolat infelix: & fœmineo ululatu  
Scissa comam: muros amēs: atq; agmina cursu  
Prima petit: non illa Virum: non illa pericli:  
Telorūq; memor: Cælū dehinc q̄stibus implet.



**CSER.** Hunc: id est talē: & est cōquestio matris Euryali plena artis rhetorica. Nā penē omnes partes habet de misericordia cōmouenda a Cicerone in rhetoricis positas. ¶ Hunc te aspicio: a qualitate cædis. ¶ Sera meæ: Euāder mea sola: & sera uoluptas. ¶ Potuisti liquere solā: ab intercepto solatio. ¶ Crudelis: qui potuisti linquere solā cū pius esses. ¶ Affari extremū: cum mos fuisset dicere uale uale Anchises: Sic o sic positū affati discedite corpus. Terentius *Quin igitur dū licet mecū loquimini Antipho.* ¶ Nec tua funera mater: id est funera. Nam apud maiores funereas dicebāt eas: ad quas funus pertinet: ut sororem matrem: nā præfica: ut supra diximus:

Hunc ego te Euryale aspicio: tu ne illa senectæ  
Sera meæ requies: potuisti linquere solam  
Crudelis: nec te sub tanta pericula milium  
Affari extremum miseræ data copia Matri,  
Heu terra ignota Canibus data præda Latinis  
Alitibusq; iaces: nec te tua funera Mater  
Produxi: pressive oculos: aut uulnera laui  
Veste tegens: tibi quam noctes festina diesq;  
Urgebam: & tela curas solabar aniles.

Quo sequar: aut q̄ nūc art?: auulsaq; membra  
Et funus lacerum Tellus habet: hoc mihi de te  
Nate refers: quæ sum terraq; mariq; secuta:  
Figite me: si qua est pietas: in me omnia tela  
Coniicite o Rutuli: me primā absumite ferro.  
Aut tu magne Pater Diuom miserere: tuoq;  
Inuisum hoc detrude caput sub Tartara telo:  
Quādo aliter nequeo crudelē abrūpere uitā:  
Hoc fletu cōcussū animi: mœstusq; per omnes  
It gemitus: torpent infractæ ad prælia uires.  
Illam incendentes luctus: Idæus: & Actor  
Ilionei monitu & multum lachrymantis Iuli  
Corripiunt: interq; manus sub tecta reponūt.  
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro  
Increpuit sequitur clamor: cælumq; remugit.  
Accelerant acta pariter Testudine Volsci.

**CHRI.** Hūc: talē. ¶ Tu ne ill senectæ: pathos ab eo q̄ ē p̄ter sp̄e. ¶ Euolat infœlix: nā potuit furor aī ex dolore excitatus imbecillitatē senectutis superare: & foeminae audaciā afferre. ¶ Heu terra: magna uis eloquētia: quæ ēt ex inanibus rebus maxias apud imprudētes tragœdias citat. Hæc n. cōquerit ueluti si miserimū sit in ignota terra in sepultū canibus laniandū relinq. Vnde & *Homæουτους δελωρια τευχη νυνεσιω οιω νοισι τεπασι:* ad huiusmodi iacturā sapientes q̄ sunt nihili faciunt. Ergo aut Anchisæ tanto uiro dignā sententiā dedit: dixit. n. Facilis iactura sepulchri: sic nūc mulierē a muliebri perturbatione abesse noluit. Ille ergo ueluti aliter Diogenes q̄ ad sepulturam pertinent contemnit: hæc uel ex eo filium infœlicissimum putat quod illa cauerit. Lamentatio autem & discursus per muros huius mulieris de Andromache uirum lugente sumpta est. ¶ Artus auulsaq; mēbra Et funus lacerū: expoliatio ē. Idē. n. dicit pluribus uerbis ut in re atrocissima diutius detineat auditorē: & sic maiorē citet cōmiserationē. ¶ Hoc mihi de te nate refers: singula uerba uim maximā afferūt ad cōmiserationē captādā. Hoc. s. rātū lectū cū ego cōtra meæ te senectuti summā uoluptatem sperarē. ¶ Mihi: & matri & indulgētissimæ & q̄ tot incōmoda subii ut te frequēter. ¶ De te: in quo oēm sp̄e reposuerā: & a quo oīa mihi iucundissima expectauerā. ¶ Figite me: q̄tus sit luctus: & quāta miseria hinc apparet q̄ loco summæ in se pietatis acceptura sit si multis uulneribus transsossa interficiat. ¶ Aut tu magne p̄: q̄d a rutulis assequi desperat a Ioue poscit. ¶ Torpēt infractæ uires: q̄ oīa durissima in p̄liis pati poterāt. ¶ Hoc pati nō poterāt: ergo quos metus nō p̄turbauit: q̄ fortes essent p̄turbauit luctus qm̄ essent pii. ¶ Illā incēdētē luctus: sapiēs consiliū ut cū torporē ex nimia cōsideratione inferret militibus: a cōspectu eorū amoueret. Ne uiderent: nā ut ait Hora, Segnius irritant q̄ sunt demissa p̄ aures: q̄ q̄ sunt oculis subiecta fidelibus. ¶ At tuba: mira nar ratio in qua cuncta ante oculos ita adducit ut res non solum agi: sed summo animorū ardore geri uideat. Incertumq; sit an acrius rutuli impugnant: an uehementius troiā repugnarēt. ¶ Acta pariter: q̄a una cū clamore agebat.

sunt plantus principes non doloris: funeras aut dicebāt quasi funereas: ad q̄s pertinet funus. ¶ Funus lacerū: dilaniatū cadauer: nā funus p̄ cadauere posuit. ¶ Siqua est pietas: si qua pietas in occidēdo est: in me proberur. ¶ Me primā absumite ferro: unusquisq; n. in propriæ salutis desperatione credit uniuersa etiā posse cōsumi: unde est quod dixit Me primā. ¶ Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo: inuisum q̄dem est hoc & odiosum caput: uerum misericordiæ genus est: si me etiā iratus interimas. ¶ Quando aliter nequeo crudelē abrumpere uitā: hinc traxit illū colorē: Iuuenalis Quod facinus dignū tam lōgo admiserit æuo. ¶ Torpent infractæ: antea infractæ: nūc tamen torpent: ut Turnus ut infractos aduerso Marte Latinos. ¶ Lachrymātis Iuli: puero dat lachrymas: cui potest sine pudore: uiris fortibus tantum modo dolorē. ¶ Subtecta reponunt: Homericæ, εἰς δὲ οὐρα φερούσιν. Quod autē dixit corripiunt: non iniuriæ est: ut raptores distrahāt: sed celeritatis: id est raptim tollunt. ¶ At tuba terribilem sonitū: hemistichium Ennii: nā sequentiā iste mutauit. ille enim ad exprimendū tubæ sonitum ait Taratāra dixit & multa huiusmodi Virgīlicum aspera inuenerit: mutat, bene tamen electis uerbis hic imitat sonitum tubarū. ¶ Increpuit: & insonuit & segnitā increpauit. ¶ Volsci: non mirū quia dicit uolscos: cū & Camilla de uolscis sit: ut Et uolscæ de gēte camilla: nāq; pars aliqua Thuscis dat Turno auxilia: quū thuscis dixerimus specialiter Aenææ fauere. Itē ecōtra pars Venetiæ auxiliū præstat Aenææ: quam Turni fuisse superius diximus. ¶ Testudine: testudo est scutorū cōnexio curuata in testudinis modum. Namq; in armorum generibus milites sumunt ab animalibus nomina: ut aries. Salustius In modum hirci militaris.

**CDONA.** Canibus data præda: non solum morte: sed mortis accidentibus cruciatur.



Diuidit: impubesq; immani uulnere malas.  
Fit sonus: ingenti concussa est pondere tellus.  
Colapsos artus: atq; arma cruenta cerebro  
Sternit humi moriens: atq; illi in partibus æqs  
Huc caput: atq; illuc hūero ex utroq; pepedit.  
Diffugiunt uersi trepida formidine Troes.  
Et si continuo uictorem ea cura subisset  
Rūpere claustra māu: sociosq; immittere portis:  
Ultimus ille dies bello: gētīq; fuisset.  
Sed furor ardentem: cædisq; insana Cupido  
Egit in aduersos.  
Principio Phalarim: & succiso poplite Gygen  
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit hastas  
In tergum: Iuno uires: animumq; ministrat.  
Addit halym comitē: & cōfixū phegea parma  
Ignaros deinde in muris: Martemq; cientes  
Alcandrumq; haliumq;: noemonaq;: Prytanumq;  
Lyncea tendentem contra: sociosq; uocantem  
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter  
Occupat: huic uno deiectum comminus ictu  
Cum galea longe iacuit caput: inde ferarum  
Vastatorem Amycum: quo non felicior alter  
Vnguere tela manu: ferrumq; armare ueneno.  
Et Clytium Aeolidem: & amicū cretea musis  
Cretea musarū comitem: cui carmina semper  
Et Citharæ cordi: Numerosq; intēdere neruis.  
Semp equos atq; arma uirū: pugnasq; canebat  
Tandem ductores audita cæde suorum  
Cōueniunt teucris Mnestheus: acerq; Sereftus  
Palantescq; uident socios: hostemq; receptum



**C**SER. Quo deinde fugam: aut uacat deinde: ut tandē gentiū locorū: aut itelligimus mēte eū tractasse: qđ de cāpis milites solent ad castra cōfugere: & sic dixisse: quo deinde: sive castris quo fugietis ulterius: & hoc ē mēlitus: unde & sequitur Quos alios muros & sic dictū est post cogitationē quo deinde: sicut Ter. Quid igit faciam. ¶ Vnus homo: ac si diceret mortalis: & bona attenuatio: quū supradixerit Rutulum in medio non agmine regem. ¶ Infelicis patriæ: troiæ in qua nūc sunt: ¶ Veterumq; deorū: penates significat: quos semp coluere troiani. ¶ Miseretq; pudetq; sic Pallas Nunc prece: nūc dictis uirtutem accendit amaris. ¶ Ceu sauum turba leonē:

Et Mnestheus: quo deide fugā: quo tēditis iqt:  
 Quos alios muros: q̄ iā ultra mœnia hētis:  
 Vnus homo: & uestris o ciues undiq; septus  
 Aggeribus: tantas strages impune per urbem  
 Ediderit: iuuenum primos tot miserit Orco:  
 Non infelicis Patriæ: ueterumq; Deorum  
 Et magni Aenææ segnes miseretq; pudetq;  
 Talibus accensi firmantur: & agmine denso  
 Cōsistunt: Turnus paulatim excedere pugna:  
 Et Fluuiū petere: ac partē quæ cingitur Amni.  
 Acrius hoc Teucrici clamore icumbere magno:  
 Et glomerare manū: ceu sauum turba Leonē  
 Cum telis premit infensis: at territus ille  
 Asper acerba tuens retro redit: & neq; terga  
 Ira dare aut uirtus patitur: nec tendere contra:  
 Ille qđ hoc cupiēs potis est: per tela: uirosq;  
 Haud aliter retro dubius uestigia Turnus  
 Improperata refert: & mens exastuat ira.  
 Quin etiam bis tum medios iuaserat hostes:  
 Bis conuersa fuga per muros agmina uertit.  
 Sed māus e castris propere coit omnis in unū.  
 Nec contra uires audet Saturnia Iuno  
 Sufficere: aeream Cælo nam Iuppiter Irim  
 Demisit germanæ: haud mollia iussa ferētē:  
 Ni Turnus cedat Teucrorū mænibus altis.  
 Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum:  
 Nec dextra ualet: iniectis sic undiq; telis  
 Obruitur: strepit assiduo caua tēpora circum  
 Tinnitu Galeæ: & saxis solida æra fatiscunt.  
 Discussæq; Iubæ capiti: nec sufficit Umbo  
 Ictibus: ingeminant hastis: & Troes: & ipse  
 Fulmineus Mnestheus: tū toto corpore sudor  
 Liquitur: & piceum (nec respirare potestas)  
 Flumē agit: fessos quatit æger anhelitus artus.  
 Tum demum præceps saltu sese oibus armis  
 In fluuium dedit: ille suo cum gurgite flauo  
 Accepit uenientem: ac mollibus extulit undis.  
 Et lætum sociis abluta cæde remisit.

Explicit Liber Nonus.

nec coepit cedere nisi oium hostiū uirib; urgētib;. ¶ Ac mol. al. n. q. fugere potuissent. ¶ Ergo. n. c. demōstrat nō cessasse nisi a multitudie q̄ obruebat armis diffractis i tāta deuēisse fatigationē ut penetrosi sudorē fliq̄scer.





Anditur interea domus omnipoten-  
tis olympi: Secundum poeticum mo-  
re: hoc dicit: factus est dies: quia poe-  
ta dicunt matutino tempore aperi-  
ri caelum: noctu uero claudi: unde e-  
illud Ante diem clauso componet ue-

per olympo: nam & paulo post descripturus est no-  
ctem: ut iamque dies caelo concesserat: ut intelligamus  
alium diem esse consumptum: & nunc eum more so-  
lito noctis praetermissae descriptionem: quae pandit  
caelum: & iam simpliciter possumus accipere pro quo  
libet tempore: scilicet ad numina conuocanda: quod  
& melius est: quia ait interea: dum haec geruntur in-  
ter diuina, nam interea particula praeterita negocia con-  
iungit futuris. ¶ Sideream in sedem: in astriferum  
circulum: non enim omnes circuli astriferi sunt: sed  
solus superior. ¶ Terras unde arduus omnis: ut in pri-  
mo Et iam finis erat quae Iuppiter aethere summo  
Despiciens mare uel uolum terrasque iacentes. ¶ Ca-  
straque dardanidum aspectat populosque latinos: post  
generalitatem intulit speciem: consequens etiam est  
ut omnes terras uidens cernat etiam castra troiana.  
¶ Bipatentibus: physice dixit: nam caelum patet ab  
ortu & occasu: est autem sermo Ennianus tractus ab  
hostiis: quae ex utraque parte aperiuntur: unde modo  
bipatentibus apertis intelligimus. ¶ Caelicolae ma-  
gni: orationis istius hoc agit intentio: ut ab odiis tro-  
ianorum Iuno reuocet. ¶ Quianam: Ennianus ser-  
mo est. ¶ Versa retro: mutata: ut Quae te genitor sen-  
tentia uertit. ¶ Certatis: aut contra uos: aut contra  
meam sententiam.

¶ DONA. Caelicolae: Omnium facit causam:  
quoniam fauore Iunonis omnes: contra troianos  
erant nominatim autem uxorem suam carperen-  
do. ¶ Sententia uertit: ostendit non decere deos mu-  
tari aut iniustos esse.

¶ CHRI. Peditur: describit solis ortum quo coe-  
lum & omnia panduntur: figmentum est postridie  
qua gesta est tam atrox pugna Iouem cum uaria deo-  
rum studia cerneret illorum ueluti senatum con-  
uocasse. Certamen autem summum ostenditur in-  
ter Venerem & Iunonem: quia uolenti consistere in  
Italia aeneae: id est cupienti sese speculationi dari uiro  
forti. Venus: id est amor rerum diuinarum illi fauet.  
Iuno autem quae est typus ambitionis & cupidita-  
tis rerum terrenarum summopere aduersatur. ¶ Sy-  
deream: lacteam intelligit quae pene tota sydus est:  
nam & si per uniuersum coelum stelle sparsae sint: ta-  
men in ea parte quam graeci galaxiam nos uiam lac-  
team dicimus plures stellae coaceruatae sunt: unde  
ab illarum candore nomen sibi sumpsit: uiam autem  
lacteam iter esse ad regiam Iouis poetae fabu-  
lantur: hinc Quidius est uia sublimis caelo manife-  
sta sereno Lactea nomen habet candore notabilis ip-  
so: Hac iter est superis ad magni tecta tonantis Rega-  
lemque domum: hoc autem non temere fingitur: nam  
ut ostendit Albertus magnus: stella Iouis plerumque  
circa lacteam uersatur.



## ADILON.

Occidit Aeneae decimo Mezentius ira.

Modestini Jurisconsulti. Argumentum. X.



Onciliū Diuis hoium de reb9 habet  
Interea rutuli portis circū oibus istat  
Aduēit aeneas multis cum milibus heros.  
Mars uocat: & totis in pugnam uiribus itur.  
Interimit Palanta potens in praelia Turnus  
Caduntque duces: cadit & sine nomine uulgius.  
Subtrahitur pugna Iunonis numine Turnus  
Aeneas perstat Mezentii caede piata:  
Et Lausum iuncta perimit per uulnera dextra,  
Mox ultor nati Mezentius occidit ipse.

P. Virgilii Maronis Aeneidos. Liber. X.



Anditur interea domus Omnipoten-  
tis Olympi:  
Cociliumque uocat: Diuom pater:  
atque hominum Rex  
Sideream in sedem: terras unde  
arduous omnes  
Castraque Dardaniū aspectat populosque Latinos  
Confidunt tectis bipatentibus. incipit ipse  
Caelicolae magni quianam sententia uobis  
Versa retro: tatumque animis certatis iniquis



**CSER.** Abnueram bello italiam cōcurrere teucris; phibuerā italiā cōtra troianos bella suscipere: atqui in primo ait Bellū ingens geret italia: qd' ita soluit: aut quia cū uno deo uel dea aliter loquitur: unde est in primo Hic tibi (fabor, n. quando hæc te cura remordet:) aliter uero cū omnibus diis utilitatis causa ppter remouedā eorū contentionē: Aut certe quia ait in primo Ternaq; transferint rutulis hyberna subactis: Illic enim dixit Aeneā in italiā cōtra rutulos tantū esse pugnaturū: nūc autem omnis est italia in bella cōmota Iuno iis instinctu: quod & Alecō promissit: ut Finitimas in bella feram rumoribus urbes: & Iuno pollicita est se magis esse factu

Abnueram bello Italiam concurrere Teucris:  
 Quæ cōtra uetitū Discordia: q's met⁹: aut hos  
 Aut hos arma sequi: ferrumq; laceffere suasit:  
 Adueniet iustū pugnae (ne accersite) tempus:  
 Cum fera Carthago romanis Arcibus olim:  
 Exitium magnū: atq; Alpeis immittet aptas:  
 Tum certare odiis: tum res rapuisse licebit.  
 Nunc sinite: & placidū læti compōite fædus.  
 Iuppiter hæc paucis. at nō Venus Aurea cōtra  
 Pauca refert.  
 O Pater: o Hoīum Diuomq; æterna potestas  
 (Nāq; aliud qd sit qd' iā iplorare queamus:)

cit: aceto rupit Iuuenalis Et montē rupit aceto: deniq; loca ipsa quæ rupit pēninae alpes uocatur. Res rapuisse licebit: clarigationē exercere: hoc est per fæciales bellū idicere: nā Ancus martius quū uideret populū romanū ardētē amore bellorū: & plerūq; i ferre bella gentibus nulla iusta extāte rōne: & exinde picula grauia creati: misit ad gentem æquiculana: & accepit iura fœcialia: per quæ bellum indicebatur hoc modo: sicut etiam de albanis rettulit Liuius: nā si quādo homines uel animalia ab aliqua gente rapta eēt populo romano cū fœcialibus: id est sacerdotibus: qui faciendis fæderibus p̄sunt: proficiscebant etiam paterpatratus: & ante fines stans clara uoce dicebat belli causam: & nolētibz res raptas restituere: uel auctores iniuriæ tradere: iacebat hastā: quæ res erat pugnae principiū: & sic licebat more belli res rapere: clarigatio autē dicta est aut a clara uoce: quæ uerba tur paterpatratus: aut απο της κληρου: hoc est forte. Nam per bellicam sortē inuadebāt agros hostiū: unde & κληρον ομοι dicuntur græce qui iure fortiunt bona defuncti. Placidū: mihi. Iuppiter hæc paucis: habet personarū cōsiderationē: ut superioribus psonis det breuiloquiū: ecōtra inferiori potestati plixā orationē: ut ait de Venere At nō uenus aurea cōtra Pauca refert. Itē Dido regina q̄si paucis locuta est: ut Tū breuiter dido. O pater o hoīum: & Titianus & Caluus qui thematū materias omnis de Virgilio elicuerūt & deformauerūt ad dicendi usum in exēplo cōtrouersiarū has duas posuerūt allocutiōes dicētes Venerē agere cōtrouersia statu absolutiuo: quū dicit Iunoni tu causa fuisti periculorū his: qbus italiā fata cōcesserāt. Iunonē autē uti statu relatiuo per quē ostēdit troianos nō sua causa laborare: sed Veneris. O pater: O pater generaliter accipe: nō tantū Veneris: Nā supra in primo ait Iuno ad Aeolū Diuū pater hominū rex: & bene in principiis fauorē sibi arte cōciliat. Hominū diuomq; æterna ptās: hūc locū Probus q̄rit: sed dicit unā rē secūdū phisicos: alterā secūdū mathematicos. Nā diuū potestas est: q̄ ipse est æther: q̄ elemētōrū possidet p̄cipatū: hoīum uero: q̄ bona Iouis irradiatio honores hoībus tribuit: æternā autē potestātē adiecit ppter aliorū nūminū discretionē. Nā & Apollinē legim⁹ deposuisse diuinā potestātē: & Heri, uel Liberū patrē nō sp̄ deos fuisse: un̄ & deæ arborū cū arborib⁹ uiuūt: & cū arborib⁹ dicunt⁹ mori quo circa & αρα δρυα δεσ s̄ appellat. Nāq; aliud qd sit: ac si diceret cū pene oēs dii i fauorē Iu. p̄cesserūt. Nāq; n. cōiunctio ostēdit hāc habuisse cogitationē. Implorā: iplorare ē auxiliū cū miseratiōe deposcēt: q̄ rōe bene dicēt iploro te ut misero feras auxiliū: cōtra iploro te ad diē festū nō p̄cedit.

**CDONA.** Abnuera bello Italiā cōcurrere: Nō est contra id qd' dixit in primo: Bellum ingēs gerit Italia: nā æneam dixit gesturū bellum in Italia: non Italiam gesturam. Cum autem omnes deos obiurgat Iunonē insolētiæ reprehendit. Venus autem nacta est tempus congruum querelis: quia uidit Iouem fauentem troianis.

**CHRI.** Quis me suasit aut hos q cōtra troiāos s̄ aut hos q fauēt troiāis seq arma. bellū gerēt qd declarat cū dicit Laceffer ferrū. puocare armatos ad pugnā. Cū fera car̄picipue de secūdo bello pūico itelligit: in quo Hānibal ipiū romanū uehemētē afflixit. Rapuisse. iui iucebit sed erit uobis factas licet. n. aliqui figūcat iuridicā esse facultatē. Aliqñ esse simplicē facultatē. Fuit at oīo Iouis maiestati suæ cōueniēs. Est. n. sobria & sine psuasionū lenociniis. O p̄: oīo ē oīo artificio elaborata & uersat i gnē deliberatiuo psuader. n. Iouē cōf: ut curet troiāos posse eē icolumes i italia quis admisceat iudiciale gēus. Accusat. n. iniquitatē Iunonis. Vt̄ at cōstitutiōne iuridicali absoluta. O p̄: p̄rio hoc uersu captat bēiuolentiā cū æternā ptātē appellat: qm̄ sit sūmus atq; unic⁹ uere deus: a quo reliq; sint dii: nā nos i superiorib⁹ demōstrauimus Iouē capi mō p̄ rege cretēsi mō p̄ aer mō p̄ æthere: nōnūq; p̄ aīa mūdī: sape autē p̄ ip̄o deo q̄ solus uer̄ sit deus: quē Plato hyp̄cosmiō appellat. Hoc ergo mō ē p̄ oīum: q̄ oīa ab eo s̄ creata: & in oīa hēt ptātē æternā: Nā i stabilisq; manēs dat cūcta moueri. Nāq; a. i sinuatiōe utitur nā ne offendat psonā fratris & mariti refert: ideo oēs id qd paulopost cōtorquebit in Iunonē.



**C**SER. Cernis: ad augēdā iudiciā ait cernis: ac si diceret nō ē opus narratiōe: quū troianoz̄ misērias ipse cōspiciat. Insultēt rutuli: pp̄ illud Interea rutuli portis circū oībus istāt. Insultare at̄ ē inimicos irridere p̄ cauillatio nē: uñ & gr̄ci em̄ χαιρὲν κωνίαν appellat: Exultat uero gloriari & lētū eē. Per medios: suos. Insignis eqs: pp̄ illud Viginti lectis eqtū comitatus. Nā castra nō eques irruerat. Secūdo marte: ad illud respicit: Hic mars arripotēs animū uiresq; latinis Addidit. Ruat: irruat. Clausa moenia: magna iudicia: scimus. multum eē p̄ fidiū i castra cōfugere: & hostilē ipetū plerūq; differre: sicut factū ē i bello troiāo: mō ergo dicit adēptā eē ēt hīc arā misericordiā: siqdem intra muros hostis insultat. Quis: qn̄ ēt. Ipsis: i ipis. Aggerib: at̄ munitiōib: s̄d̄ abusiue & i muris: iō q̄a supra dixit Ignarus deide i muris martēq; ciētes. Aggerib: agger pp̄rie d̄f ter ra illa q̄ uallo factō pp̄ius pōit: sed abusiue & muros & mūm̄ta oīa aggerē dicim: sicut mō aggerib: mu roz̄ p̄ munimētis. Mœroz̄: pro muroz̄ antiq; nā ueteres plerāq; eoz̄ q̄ nos p̄ u dicim: p̄ diphthōgon p̄nuntiābāt: hīc est mœroz̄ p̄ muroz̄: & ecōtra pœ nio p̄ punio: qd̄ uerbu a pœna uenit qd̄ gr̄cū ē uo cabulū πονη dictū hīc ē Et punica regna uides: quū pœnos ubiq; legerimus: hoc aut̄ facit orthographia: q̄ uocalē q̄ nos u habem: illi diphthōgō habēt. ou. & iō putarūt posse p̄ hac littera: licet nō eādē diphthō gō poni. Inūdat: iplēt: & iundare faciūt. Leuari ob fidiōe fines: liberari: & obliq; p̄ Ioue iudiciā cōmouet Iunōi. Aetolis surgit ab arpis: at q̄ nō ē uēturus: un de accipiamus Venerē non q̄ si deā loq; sed q̄ si unā de troiāis: ut in priō Vni: ob irā Prodimur. Itē eodē lo co Caeli qbus annuis arcē: ne futura ignorare uideat. aetolis at̄ arpis sic dixit ut cumas euboicas. Nā de aetolia Diomedes uēit: q arpos i apulia collocauit. Mea uulnera restant: ut possim iterū uulnerari. Demoror: expecto: sustineo. Si sine pace tua: sine tua beni uolētia: ut Orates pacē ueniāq; petētes. Itē Exorat pa cē diuū: ergo pace: beniuolētia: suffragio: dicēdo aut̄ si ad Italiā sine deoz̄ uolūtate uenerūt: dent pœnas: oñdit statū eē absolutū: & insinuatōe uti. id ficta cō dictiōe cōcedēdo: qd̄ nō eē uerū Ven: cōscia ē: ut dei de: cū diu rē idignā oñderit: & idignitatē auxerit: nihil simile a se factū oñdēs magis ac magis Iouis exoret fauo rē. Inuito numie troes: syllepsis p̄ gen: Luat: luāt. i. absoluāt: dicim: at̄ & luo pœnā meli: & luo peccatū nā peccatū soluit pœna: qn̄ crimie tenet obnoxio: eū pœna a pristia liberat obligatiōe: cōtra luo pœnā si dixe ris: nō p̄cedit q̄ re pœna soluat: tñ auctoritas licēter ista cōfundi timore quo solet poni: uel a sequēti qd̄ p̄cedit: uel a p̄cedēti qd̄ sequit. Neq; illos iuueris auxilio: cōcessiuus ē mod: secūdu Probū: nāq; i artibus nō iuēt: fit at̄ quoties tedio cōtētiōis: q̄ si uidemur cōcedere: qd̄ tñ nolumus fieri: nā id agit Ven: hoc loco: ut Iuppiter ma gis p̄stet auxiliū. Respōsa se: hoc ē si nō solū phibiti nō s̄: sed eis cōcessū ē. Supi: ut Apollo. Māes: ut Creu fa: & Anchises. Quisq; uerecūde q̄a apud maritū cōtra uxore agit. Exustas erycino i littore classes: argumē tū ē utrū hēat uolūtate nocēdi q̄ nocuit: Erycino i littore at̄ secūdu opinionē suā dixit: nā alii apud caietā dicūt exusta nauigia: uñ καὶ ἐν uererere & caiecta dicta ē. Actā nubibus irim: i pulsam: sicut persuaderet matribus in cendium nauium: aut secundum artem rhetoricā rem unā in duas diuiserit: nā per irim naues exuste sunt: sed melius est: ut non sit iteratio: & ad Turnum missam intelligere Nec nos commoueat ordo conuersus. Solent enim grauiora in principiis: & in fine secundum artem rhetoricam poni. Nubibus: per nubes.

**C**DONA. Alecto: cōmouerat superos uētos: fluctus: terras hoies. Restabāt at̄ i ferri: sed & hos nuper mouit.

**C**CHRI. Cernis: ostēdit manifestū piculū uñ magis moueat. Nūq; ne le. misericordia ē a diuturnitate t̄pis: ut septē illū phibēt totos ex ordie mē. Eqdē credo: Cū alia icōmoda uideā redire facile possum credere iterū me a Diome. uulneradā: & cū sim nō mō dea uerumetiā tua sūmi dei filia uulnerabor ab homie. Arpis aetho lisi. quoz̄ cōditor ex aetholia uēit. Luat peccata. i. pœnā p̄ peccatis. Cōcedit at̄ ea p̄ditiōe q̄ nusq; ē: ergo restat nō eē luēdā pœnā. Sin tot respōsa se: reicit tacite oē crimē i deos ut sit hmōi argumētatio: aut peccarūt tro iani ueniēdo i Italiā: aut si nō peccarūt nō sūt digni pœna. Si peccarūt culpa deoz̄ est: q̄ suis oraculis ut uenirent impulerūt. Tot respōsa: eēt digni uenia: si unū respōsum accepissent. Ergo maiori cū plura acceperit. Maxia aut̄ si nō solū a supis: uerūetiā ab inferis acceperūt. Tua: qbus oēs parere oportet. Quisq; qd̄ si maximus sit deus & cū insinuatione retorquet crimē in Iunonē. Vertere: in cōtrariū adducere: quod est magis q̄ imutare: & ut ostēdat quid sit uertere iussa Iouis addit noua cōdere fata: nam cū fatū pueniat a diuina puidētia q̄ uer ti iussa summi dei fatū euertit. Quid repetā: demonstrauius illā usam esse insinuatione ut aperte inueheret in Iunonē q̄ Iouē offēdisset nūc uero cā iā cōfirmata audet ea dicere q̄ nisi ad Iunonē referri nō possint. Quid repetā: occupatio est q̄ nunc adhibet breuitatis cā ut oībus paucis uerbis i unū colatis rē acrocissimā redderet

Cernis ut insultent Rutuli: Turnusq; feratur  
 Per medios insignis equis: tumidusq; secundo  
 Marte ruat: nō clausa tegūt iā moenia teucros  
 Quin intra portas: atq; ipsis praelia miscent:  
 Aggeribus Mœroz̄: & iundāt sanguine fossa:  
 Aeneas ignarus abest. nunquam ne leuari  
 Obsidiōe fines: muris iterum imminet hostis  
 Nascentis Troiā: nec non exercitus alter:  
 Atq; iterū in Teucros Aetolis surgit ab Arpis  
 Tydides: equidē (credo) mea uulnera restant:  
 Et tua progenies mortalia demoror arma.  
 Si sine pace tua: atq; inuito numine Troes  
 Italiam petiere: luant peccata: neq; illos  
 Iuueris auxilio: sin tot responsa secuti  
 Quae supi: manesq; dabāt: cur nunc tua quisq;  
 Vertere iussa potest: aut cur noua cōdere fata:  
 Quid repetā exustas Erycio i littore classes:  
 Quid tempestatū Regem Ventosq; furētes  
 Aeolia excitos: aut actam nubibus Irim:  
 Nunc etiam Manes (hæc intentata manebat



**C**SER. Sors rerum: idest regnum: nam per sortem inter se fratres mundi regna diuiserunt: quæ Iuno præter inferos in troianorum perniciem mouerat. Superis immissa: ac si diceret non iam troianis: sed diis: respexit autem ad illud Et cæli conuexa per auras. Bacchata per urbes: perfuruit: & bene bacchata per urbes: quia per simulationem sacrorum Liberi patris matres egerat in furorem. Super imperio: de imperio: ut Multa fu per priamo rogans: est autem uerecunda petitio & obliqua: per quam magna Ioui inuidia commouet. Sperauimus: ista absolute dixit. Coniux dura: hic distinguendum: ne duo incipiant esse epitheta: dura fumantia

Sors rerum) mouet: & superis immissa repete  
A lecto: medias Italum bacchata per Vrbes  
Nil super imperio moueor. sperauimus ista  
Dum fortuna fuit: uincant quos uincere mauis.  
Si nulla est regio Teucris quã det tua coniux  
Dura: per euerſæ Genitor fumantia Troiæ  
Excidia: optestor liceat dimittere ab armis  
Incolumẽ Aſcanium: liceat ſupereſſe nepotẽ:  
Aeneas ſane ignotis iactetur in undis.  
Et quãcunq; uiam dederit Fortuna: ſequatur.  
Huc tegere: & diræ ualeam ſubducere pugna.  
Eſt amathus: celsa mihi paphos: atq; cythera:  
Idaliæq; domus poſitis inglorius armis  
Exigat hic æuom: magna ditione iubeto  
Carthago premat Auſoniã. nihil urbibus inde  
Obſtabit Tyriis. quid peſtem euadere belli  
Iuuit: & argolicos medios fugiſſe per ignes:  
Totq; maris: uastaq; exhausta pericula terræ:  
Dũ Latiũ Teucris: recidiuaq; Pergama q̄runt:  
Non ſatius cineres patriæ inſediſſe ſupremos:  
Atq; ſolũ: quo troia fuit: Xanthũ & Simoenta

dit corpore peſtis: quum de nauibus loqueretur incẽſis. Fugiſſe per ignes: exprimit quid ſit belli peſtem euadere. Recidiua pergama: renaſcentia. Tractus autem ſermo eſt de arboribus: quæ aliis ſectis repullulant. Ergo illud ſolum recidiuum dicimus: quod poſtea renaſcitur: unde modo recidiua dixit: quæ renouantur ab his qui ſunt ſuperſtites troianis periculis. Cineres patriæ inſediſſe: propter illud Dulceſq; meorum Reliquias colerem. Atq; ſolum quo troia fuit: ut in tertio: Et Campos ubi troia fuit. Xanthum & ſimoẽta Redde oro miſeris: ambiguum eſt utrum dicat redde nobis re uera troiam antiquam: an redde nobis terras in Italia ad ſimilitudinem troiæ. Nouimus enim hanc conſuetudinem fuiſſe: ut aduenæ patriæ ſuæ imaginem ſibi redderent: ut Effigiem Xanthi troiæq; uidetis. Bene ergo Venus medio uſa eſt genere loquendi: ut utrunq; ſignificaret: & antiquam troiæ reddidit & imperium italia: quod troianis ad ſimilitudinem troiæ fore Iuppiter promiſerat: & magis hoc eſt: quod latenter deſiderat atq; petit.

**C**DONA. Tua coniux: obliq; hætenus in eam locuta eſt: nunc doloris neceſſitate compellitur: ut eam nominet. Ignotis undis: per ignota maria continet errores. Acta furore: ergo iniuſte commota. Oſtendit Iuno ſe inuitam cogi. Nam nihil rumpitur niſi magna uiolentia.

**C**CHRI. Nil ſuper iperio: permiſſio eſt grauiffima: & quæ magnã poſſit concitare cõmiſerationem. Nam cum oſtenderit multorum oraculorum reſponſis datam eſſe illis ſpem imperii: nunc ut miſericordiam commoueat: oſtendit ita illud ob Iunonis inimicitias deſperaffe: ut ſolius Aſcanii ſalutẽ deprecetur. Concedit ergo illud propter hoc quod tamen non eſſe a Ioue faciendum ualidiſſimis argumentationibus comprobauerat. Onerat autem maximo odio & inuidia Iunonem cum oſtendat q̄ illam fretam uiribus ſuis fata ipſa quæ immutabilia eſſe oportet: uertere tentet. Vincant quos uincere mauis: admonet illum & quantum poſſit: & qd facere illum deceat. Quam det tua coniux: quoniam ipſa ſola fatiſ aduerſatur. Obteſtor per euerſæ fumantia: maximam hinc ducit commiſerationem. Eſt amathus: exaggerat inuidiam quaſi dicat nullam aliam regionem poſſe per Iunonem licere ſibi polliceri nepoti. Magna ditione iubeto: Alia permiſſio ad exaggerandam inuidiam Iunoni Nihil urbibus inde obſtabit tyriis. Hæc omnia huc tendunt: ut illa per ſummam iniuriam cunctis potiatur. Illa nihil ex iis quæ iubet fata poſſit aſſequi. Quid peſtem euadere belli: Dolet omnes ſuos labores in irritum recidiſſe.



## Aeneidos

**CSER.** Iterumq; reuoluere casus: si ad troiā uis referre: sic dic da nobis troiā p naufragia & pericula. i. patria mur denuo: quæ ptulimus: dūtaxat nobis troia reddatur si uero ad italiā uis referre sic intellige redde nobis italiā: & libēter repetimus ea quæ in troia ptulimus. **Alta silētia:** Iuno ubiq; silens inducit: unde ei oratio nisi eximia necessitate nō datur: hinc est Acta furore graui: Sta. Iunonē tacitā furibūda silentia torquēt: & notandū q; sigillatim dicta Veneris hac orōne soluunt. **Silētia cogis rūpere:** silentium rūpere est oīno tacere: unde aparet usurpatiuē dictū eē Cōposito rūpit uocē. i. loquitur: nā uocē rūpere silere est. silentiū rūpere loq; **Obductū dolorē:** celatū: & diuturna iā cicatrice cooptū: nā ob duci dicunt uulnera: quæ cicatrice claudunt. **Aenean hoīum qsq; celat quæ facta sunt:** q nō sunt facta cōmemorat. nā non Aeneas: sed Turnus istinctu Iunonis bella cōmouit. **Vritur at replicatiōe rerū obiectarū:** post enim segtur resolutio. **Esto: mō aduerbiū est cōcedētis:** nā græcū est εἶπε: illo aut loco uerbiū est esto nūc sol testis. **Cassandra ipulsus furiis:** bene furiis plurali numero: qd' de uaticinātibus nō dī: ut uideant merito esse decepti: qui Cassandra in famēti crediderūt: qd' falso dī a Iunone: sicut ex uerbis pbamus Anchisæ: qui ait in tertio **Quē tū uates Cassandra moueret.** **Vicā cōmittere uentis:** i. incertis & inanibus rebus. **Nū puero sūmā belli:** exaggeratio est ab ætate. **Tyrrhenā ue fidē:** inire societate cū inimicis gētib; aut certe disrūpere fœdera: q; Turnus cū tyrrhenis inierat Sciendum sane Turnū auxiliōrū cā ad Mexētīū cōfugisse. **Gentesq; getas:** nā licet uellēt in bella prūpere: tamē erāt getæ: pp illud oraculū: **Externos oprate duces.** **Quis deus in fraudē:** in piculū. Ita enim in iure lectū est fraudi erit illa res. i. periculo. **Quæ dura potētia nra:** ad illud respicit. Si nulla est regio teucris: quā det tua cōiux Dura. **Nubibus iris:** ppter illud: **Aut actā nubibus irim.** **Indignū ē italos troiā circūdare flāmis:** rhetoricū ē: nā quoties aliq nō possumus soluere: paria opponimus: qd' nunc Iuno facit. Nā negare non pōt nec soluere: qā obsident troiani: unde dicit hoc indignū est troianos obsideri: aliena eos mīmonia prīpere dignū est: sic in Bucolicis: **Dic qbus in terris in scripti nomina regum.** **Pilūnus auus:** cōparat gēus Turni cū Aenea dicēs ēt auū eius eē deū. Itē ad Veneris obrectationē dicit **Cui Vēlia mī:** Nā Venilia nympha est. **Pilūnū at iō Turni auū dicit:** ut a uicino nobilis: genere eē uideat: sicut ē Aeneas. Nā paulo post dictura ē **Pilūnusq; illi qrt' pī:** **Atra face:** sæuo bello: & ē belli diffinitio: uī **Hom. ὄσοι μὲν μορπον το νόμισαβῖ pugna uerāt.** **Auerrere p̄das:** i. uidiōse: cætex nihil rapuerāt. **Legere:** furari: unde & sacrilegi dicunt qui sacra legūt: hoc ē furant: alibi uel q̄ sublegi tacitus tibi carmina nup. **Gremiis:** p. nā ante usū tabulag: mī mōi cautiōes sibi iuicē emittebāt: i. qbus spōdebāt se cōsentire in iura mī mōi: & fidei iussores dabāt: unde admissū ē ut dicamus uig: a spōdēdo spōsū: cætex p̄prie spōderi puella ē: ergo spōsus nō qā p̄mittit: sed qā spōdet & sponsos dat. Sæe exaggeratio ē nimia i eo qd' ait gremiis abducere tanq̄ iā uxor eēt. **Præfigere puppibus arma:** pp illud **Scuta uig: fluuio pictasq; inare carinas.** sūqdo ad petēda nauigauit auxilia. **Pacē aut ora:** pp Cētū oratores augusta ad moenia regis. Itē iubet. **Proq; uiro nebulā:** ad opprobriū uiro dixit nō p filio rē inanē oppositā: dicit aut qdo eū Vēus a Diomede liberauit: uel Neptunus ab Achille: qd' Veneri iputat: qā in eius gratiā factū est. **τι ἴα τῶ μὲν ἐπεί τ' ἴα τ' ὀφθαλμῶν χεῖν ἄλλ' ὑπὲρ ἰλίου χιλιῆς.** **Vētos iā uacuos:** & ē nebulæ diffinitio.

**CDONA.** Aenean: nititur colorare falsa: nam Aeneas bellum non mouit sed instinctu Iunonis latini. **Nū puero:** Hoc quoq; falsum est: Nam senioribus rem reliquit: & pugnam committere uetuit. **Cui pilumnus auus:** Per comparisonem Aeneæ & Veneris & sui & Turni extollit causam suā: & deprimat aduersariorum.

**CHRI.** Quid. m. al. si. co. & hæc pathetica orō ē. **Vī icipit ab interrogatiōe:** & hēt p̄cipiū abruptū. **Quid me alt. sil. cog. Rūpe silētiū loq ē.** **Alta p̄cīt' abstrusa:** qā p̄posuerat nullo pacto illa diuulgare: nec qri nisi a Venerē laceffita sua orōne fuisset. **Aeneā. q. d. neg. meo. neg. cuiusq; ipulsu:** sed sua spōte bellū suscepit pp cæsū ceruū. **Italiā. p. cōsutat respōsa.** **Nū liqre castra. q. d. uenerit ipulsu fatog:** tamē q̄ patit stultitia sua patit: q & castra reliqrit: & sūmā rerū puero & muro tradiderit. **Quæ oīa nō fraude mea: neg. q. iri miserī:** sed eius stultitia cōmissa sunt. **Cui pilūnus. q. d. cur magis indignū est pelli Turnum:** & ipm natū ex diis ex regno auito q̄ troia nos qui ultro bellū intulerūt opprimere: q̄ arua aliena inuasere & inde p̄das abegere & socerū sumphere & spōsam sibi eripuerē. **Tu potes:** si omnia ista tu potuisti: quæ maxima sunt cur erit nefandū aliquid pro rutulis agere. **Aeneas ignarus & absit.** **Possūm hoc optare:** quia non per me sed per suā stultitiā factū est.

Redde oro miseris: iterumq; reuoluere casus  
Da pater Iliacos Teucris. tum Regia Iuno  
Acta furore graui. quid me alta silentia cogis  
Rūpere: & obductū uerbis uulgare dolorē:  
Aenean hominum quisq; Diuomq; subegit  
Bella sequi: aut hostem regi se inferre Latino:  
Italiam petiit fatis auctoribus: esto:  
Cassandra impulsus furiis: nū linquere castra  
Hortati sumus: aut uitam cōmittere Ventis:  
Nū puero summā belli: num credere muros:  
Tyrrhenam ue fidē: aut gentes agitare getas:  
Quis Deus in fraudē: quæ dura potētia nra  
Egit: ubi hic Iuno: demissa ue nubibus Iris:  
Indignū est Italos Troiā circūdare flammis  
Nascentem: & patria Turnum cōsistere terra:  
Cui Pilūnus Auos: cui Diua Venilia mater:  
Quid face Troianos atra uim ferre Latinis:  
Arua aliena iugo premere: atq; auertē p̄das:  
Quid soceros leger: & grēiis abducei pactas:  
Pacē orare manu: præfigere puppib; arma:  
Tu potes Aeneam māibus subducere Graium:  
Proq; uiro nebulā: & Vētos obtēdere ina nes:



**ESER.** Et potes in totidē classē cōuertere nymphas: licet hoc mater deū fecerit: tamē hoc Veneri impu-  
 rat: q̄a in eius gratiā factū ē: ut in illo loco Quas illi Philomēa dapes: cū Progne fecerit: sed pp̄ Philomenā. Aut  
 certe q̄a Venerē dicūt eē matrē deū. ¶ Aeneas ignarus abest: ea q̄ soluere nō possum⁹ irridemus: ut hoc loco: sic  
 in Bucolicis p̄misit Diuini opus alcimedōtis: postea p̄ irrisiōē ait Et nobis idem alcimedon duo pocula fecit.  
 ¶ Graidā bellis urbē: alibi Populosq; feroces Cōrūdet: urbē at̄ puiciā dicit: quomō Italiā q̄ro patriā. ¶ Nos ne  
 tibi fluxas: status relatiuus: p̄ quē ostēdit Venerē magis troianis cām fuisse piculog. ¶ Fluxas: molles: q̄ possent

Et potes i totidē classē cōuertere Nymphas.  
 Nos aliquit Rutulos cōtra iuuisse nefandū ē.  
 Aeneas ignarus abest: ignarus & absit.  
 Est Paphos: Idaliumq; tibi: sunt alta Cythera.  
 Quid grauidā bellis urbē: & corda aspa tētas  
 Nos ne tibi fluxas Phrygiā res uertere fundo  
 Conamur: nos: an miseros q̄ Troas Achiuis  
 Obiecit: quæ causā fuit consurgere in arma:  
 Europamq; Asiamq; & fœdera soluere furto:  
 Me duce Dardāius Sp̄tā expugnauit adulter:  
 Aut ego tela dedi: fouiq; Cupidine bella:  
 Tum decuit metuisse tuis: nunc sera querelis  
 Haud iustis assurgis: & irrita iurgia iactas.  
 Talibus orabat luno: cunctiq; fremebant  
 Cælicolæ assensu uario: ceu flamina prima  
 Cum deprensā fremunt siluis: & cæca uolutāt  
 Murmura: uenturos nautis prodentia uentos.  
 Tum pater Oipotēs: rerū cui summa potestas  
 Infit: eo dicente Deum domus alta silescit:  
 Et tremefacta solo Tellus: silet arduus Aether.  
 Tū Zephyri posuer: p̄mit placida æquora pō  
 Accipite ergo aīs: atq; hæc mea figite dētā: (19.

cedit: q̄a magis conuitiabatur. ¶ Assensu uario: q̄a pars Veneri fauebat: pars Iunoni. ¶ Ceu flamina prima quā  
 deprehensā fremunt siluis & cæca uoluntant Murmura: non tēpestatis facit comparationem: sed signa tempe-  
 statis futuræ: quadā enim arcana ratione fit: ut sit murmur in siluis ante uentog; aduentum: ut testatur Luca-  
 nus cū amyclas cæsari futura signa tempestatis enarrat: Sed mihi nec motus nemog; nec littoris ictus Nec pla-  
 cet incertus q̄ prouocat æquora delphin. Vnde ait cæca murmura: quorum ratio nō apparet: ut Cæciq; in nu-  
 bibus ignes Terrificant animos: & sic in Georgicis: Cōtinuo uentis surgentibus aut freta ponti Incipiunt agi-  
 tata tumescere & aridus altis Montibus audiri fragor. ¶ Tremefacta solo tellus: loquēte loue stupor elemento  
 rū ostenditur p̄ naturæ mutationē. Nā quicqd in æterno motu est: quieuit: & cōtra terra mota est semper im-  
 mobilis: unde Hor. Et bruta tellus. ¶ Accipite ergo animis: totus hic locus de primo Lucillii translatus est: ubi  
 inducunt̄ dii habere concilium: & agere primo de interitu Lupi cuiusdam iudicis rei: postea sententias dicere:  
 sed hoc quia indignum erat heroico carmine: mutauit & induxit primo Iouem loquentem de interruptis fœ-  
 deribus: cuius orationē interruptit Venus: post secuta Iunonis uerba sunt quibus redarguit Venerē: unde nūc  
 Iuppiter ad illud quod omiserat redit dicens: Ergo quoniam pacem esse nō finitis ea q̄ sum dicturus accipite.  
**EDONA.** Nos aliqd extenuat factū suū. Verē Vēus affuit causæ: cui dii & fata fauebāt. ¶ Me duce: q̄ grauior  
 ra sunt argumēta in sine seruat. ¶ Infit: nā cū sibi potestas decernēdi sit apte loquit̄. ¶ Accipit: nō potuit sedare  
 partes: sed sic dimisit: ut nullā præferret ne aui filiam aut uxorē laderet: seque æquū omnibus pollicitus est.  
**CHRI.** Nos ne tibi: cā belli troiani quo Europa cū Asia cōflictauit. Nō ego sed tu fuisti qm̄ te auctore Pa-  
 ris Helenā rapuit eo dicente deū domus alta silescit: nā summo deo oīa obtēperāt. ¶ Me duce Dardāius partā  
 expugnauit adulter: Dion. Chrysostomus uir multa doctrinā excellens ea non solum apertissimis cōiecturis:  
 uerumetiam testimonio eorum quæ scripta sunt in monumētis sacerdotū ægyptiorum comprobās: scribit  
 Helenā non fuisse raptā a Paride: sed illi a Polluce & Castore fratribus in uxorē traditam. Græcorū aut̄ princi-  
 pū q̄ maiores erant partim indignatione moti: q̄ tā pulchra mulier barbaro potius q̄ græco nupsisset: partim  
 cupiditate auri quo troiā abūdabāt incēsi Troiā iuisse: nec illā expugnasse: sed uictos iugatosq; fuisse nā ab Ho-  
 me. Et Herodotus historicus dissentit: q̄ refert Helenā a Proteo rege ægypti interceptam troiam nunquam ue-  
 nisse. ¶ Accipit hæc animis: idest diligentissime aduertite. ¶ Figite: memoriæ imprimite: & phisice locutus est.



**CSER.** Quando quod bene sententiae dicenda ordinem seruat: nam sicut in Sal. & in Philippicis legitur: antequam dicat sententiam permittit rationem: quod hodie in usu est. Haud licitum est: & licitum est: sicut & placuit & placitum est. Terentius. Vbi sunt cognita: placita sunt. Quae cuique est fortuna hominum specialiter Iuppiter pro troianis agit: sed hac arte ut uideat totum per lunonem loquitur: & re uera uerba per lunonem sunt: sed altius intuetur deprehendit troianorum fauorem. Nam dicendo nulli fauere: & in eo statu fore res: in quo sunt hodie: significat se fauere troianis: quorum ducis aduentu statim uictoria consequetur: & uult nihil ualere ea quae aut uerus conuersa fuerat de absentia Aeneae: aut lio de Turni parentibus dixerat in eius commedatione. Secat: sequitur: tenet: habet: ut Ille uiam secat ad naues: uiam & sectas dicitur habitus aiorum & instituta philosophiae circa disciplinam. Fata uero fuerit: futuri temporis uerbum defectiuum. Seu fati italum ca. o. te. siue malo fato italorum: castra obsident troiana: siue troiani malo errore & sinistris monitis ad Italiam uenerunt: neminem absoluo: uiam per amphibologiam sic distinguat italum: & in castra obsidione tenentur. si troianorum: ipsi non obsident non italum. Soluo: absoluo: nam aphaere sim ptulim. Monitisque sinistris: per Cassandrae impulsi furis. Exorsa: regis initia actus hodierni diei. Labor fortunae: periculum & felicitatem. Fata uiam in scit non hoc esse fatale: ut Aeneas speret in Italia. Stygii per flumina fratris: hypallage est per stygia fratris flumina: & bene est iure iurando confirmat. Et totum nutu tremefecit olympum: Hom. ε. α. ε. γ. α. Δ. ε. λ. ε. λ. ε. ξ. ε. γ. ο. λ. ο. μ. π. ο. ν. Portis, ο. i. i. s. t. a. t. portis omnibus circum: i. i. c. i. r. c. u. circa fusi: nam modo circum aduerbiu loci est. Vallis: intra uallos: i. i. f. u. s. t. e. s. fossage qualli uocantur: nam mutatio ipsa uallum dicitur neutraliter: & hoc dicit tenebant troiani intra uallos: quos ipsi posuerunt: ne eorum castra facile irruerent rutuli. Vallum non modo obsiditum: sed obsessorem debemus accipere. Nec: si u. fuga: fuga miserimum & ultimum praesidium est: tamen hoc est carebat. Imbrasides: Imbrasi filius. Icetaonius: Icetaonis filius: & bene ex uarietate syllabarum quasi uerbum ornatum: nam patronymica aut in des aut in ius exeunt: quibus & uti possumus: quibus in on terminantur ad nos transire non possunt: ut παλαιός. Senior cum Castore thybris: possumus & solus thybrim accipere senem: possumus & Castorem: si legamus & senior cum castore: nam amphibologia est. Præ acies: hoc est magni uiri: & est diffinitio eorum qui in præ acie fuerunt: uiam laudis magis est quam dixit præ acies ordinis. nec non potest: quia res in muro agit. Germani sarpedonem inter se germani filii Sarpedonis: Aut Sarpedonis fratres. Ab alta: nobili. Lyrnesius: i. phryx. Lyrnesos: i. ciuitas est phrygiae unde fuit briseis. Menestheo: non Mnestheo: de quo paulo post dicturus est legendum est: ne uersus non stet. Sed Menestheo: ita tamen ut meminerimus ultimam syllabam esse syneresim propter rectam scansionem. Hi iaculis: rutuli scilicet. Saxis: troiani.

**CDONA.** Interea reddit ad narrationem quam posuit in fine noni libri. Stabant: utpote qui pauci aduersus plurimos non auderent.

**CHRI.** Quando quidem: uolebam equidem sedare discordias: sed cum uideam studia uestra diuersa: statui perbere me æquum utrique parti: ita ut neutri faueam: neutri ue noceam. Est autem hæc oratio grauis: & Iouis maiestate digna. Haud licitum est: fieri non potest simpliciter dixit: nam iure licebat: sed obstant diuersa atque contraria studia deorum. Secat: recta uia sequitur & non per circuitiones. indubitata tenet: quia necat ad lineam rem deducit: unde est illud. Ille iter secat ad naues: dicit autem hæc ut oratione lunoni satisfaciat ceterorum nouerat ille fata tandem uelle troianos uictores: consolatur ergo eam cuius partes succumbent: ita tamen ut nihil mentiamur. Fata italum: quod fata uelint in hoc italis fauere. Siue errore troia: quasi stultitia troianorum hæc infœlicia illis eueniant: & monitis sinistris: i. falsis oraculis. Dicit autem hæc ut non prius lunonem spe. Sua exorsa: nam ut illi ordiantur: ita finem sortiantur. Est. n. prouerbum: ut semetem facies: ita colliges & uidetur dicere quod nulli admet arbitrium. Fata uiam inueniet: nam si fatum dicunt platonici inferre rerum id quod in mente diuina prouidentia est iure dixit Fata uiam inuenient: nam quod prouidet deus id fieri necesse est. Et totum nutu tremefecit olympum: Nam in dei manu omnia sunt. Stant: pugnant. Rara: ob paucitatem militum. Non: non tot erant ut murorum circuitum ipsi qui in corona stabant densi possent conficere. Lyrnesius: Lyrnesus oppidum est Phrygiae prope pedasum. Hoc oppidum Achilles diripuit: indeque Bryseis regis filiam Bryseida rapuit. Hi iaculis illi saxis: potest utrumque referri ad troianos: ut ostendat nullum genus auxilii ab illis negligi: sed omni circumspectantia re agi.

Quando quidem Ausonios coniugi foedere Teucris  
Haud licitum est: nec uestra capit discordia finem:  
Quae cuique est Fortuna hodie: quam quisque secat sperem  
Tros: Rutulus ue fuerit: nullo discrimine habebit:  
Seu fati Italum castra obsidione tenentur:  
Siue errore malo troia: monitisque sinistris:  
Nec Rutulos soluo: sua cuique exorsa laborem  
Fortunamque ferent. rex Iuppiter omnibus idem.  
Fata uiam inueniet. stygii per flumina fratris  
Per pice torrentes: atraque uoragine ripas  
Annuat: & totum nutu tremefecit Olympum.  
Hic finis fandi: solio tum Iuppiter aureo  
Surgit: Cæcolæ mediū quem ad limina ducunt.  
Interea Rutuli portis circum omnibus instat  
Sternere caede uiros: & mœnia cingere flammis.  
Ast Legio Aeneadum uallis obsessa tenetur.  
Ne spes ulla fugæ: miseri stant turribus altis  
Nequique: & rara muros cinxere corona.  
Iasius Imbrasides: Icetaoniusque Thymætes:  
Assaracique duo: & senior cum Castore Thybris  
Prima acies: hos germani Sarpedonis ambo  
Et clarus Ethemon Lycia comitantur ab alta.  
Fert ingens toto connexus corpore saxum  
Haud partem exiguam moris Lyrnesius Agmon:  
Nec clycio genitore minor: nec frater Menestheo:  
Hi iaculis: illi certant defendere saxis.



**C**SER. Veneris iustissima cura: quae illi debebat imperium. Caput detectus: sine galea quasi non pugnaturus: nam audierat Caetera pro puer bello: erat autem iter duces quasi dux. Honestum: pulchrum. Tere. Ita me dii bene amet honestus est. Micat. Alcaeus fulget quod litera gemma. Aut ca. aut capiti: figurate: nam colli uel capitis erat commune. Oricia terebyntho: oricos ciuitas est epiro: iuxta quam nascitur terebynthum nigrum lignum huius soliditate in buxi specie. Retulit autem comparationem ad candidum uultum: quod erat crinibus cinctum. Magnania: si gētes. Ismareg. modo nomen est proprium: nam ismarus facit appellatiuum a morte ilmaro thraciae. Vulnera dicitur aut uulnere pro sagitta posuit: ut in secundo Inse-

Moliri quae ignem: neruoque aptare sagittas.  
Ipse inter medios Veneris iustissima cura  
Dardanius caput ecce puer detectus honestum:  
Qualis gemma micat: fuluum quae diuidit aurum:  
Aut collo decus: aut capiti: uel quale per arte  
Inclusum Buxo: aut Oricia Terebyntho  
Lucet ebur: fusos ceruix cui lactea crines  
Accipit: & molli subnectit circulus auro.  
Te quoque magnanimam uiderunt Ismare gētes  
Vulnera dirigere: & calamos armare ueneno  
Meonia generose domo: ubi pingua culta  
Exercentque uiri. Pactolusque irrigat auro.  
Affuit & Mnestheus: quem pulsus pristina Turni  
Aggere murorum sublimem gloria tollit.  
Et capys: hinc nomen campanae ducitur urbi.  
Illi inter sese duri certamina belli  
Contulerant: media Aeneas freta nocte secabat.  
Namque ut ab Euandro castris ingressus hetruscis  
Regem adit: & regi memorat nomenque: genusque:  
Quid ue perat: quod ue ipse ferat: mezeti arma  
Quae sibi conciliet: uiolentaque pectora Turni  
Edocet humanis quae sit fiducia rebus  
Admoet: imiscetque praesens: haud fit mora Tarcō  
Iungit opes: foedusque ferit: tum libera satis  
Classem conscendit iussis gens Lydia Diuom  
Externo commissa duci: Aeneia puppis

net: quasi sit humanis rebus fiducia. Nomen: ut cognoscat. Gēus: ne ab ignobili putet se rogari. Quae rit autem non necessaria pallas: quae si maturior aetate fuisset non quaesisset: erat a sinistris quia si duo erant dignior erat aeneas.  
**C**HRIS. Moliri quae ignem: quem phalaricis iaculabant. Nam de iis quae bombardas siue boardas a bobo uel a boatu dicitur nihil omnino credideri: nam gēus hoc tormenti praesens fuisse minime credibile est: nam neque poeta quicquam neque historicus hanc meminit Terebynthum teste Theophrasto: arbor est: uel resina quam terebynthina dicitur: fluit & iciso manat cortice. Haec arbor masculinum habet quod est sine fructu: & foemina: sed haec duplicem. Nam in altera rubet fructus magnitudine letis: in altera pallet & cum uite maturescit: in Macedonia breuis est terebynthum: in Syria & praesertim in agro damasceno praesera & materiam habet decoram ad delicias lectorum coloris subnigri. Oricia: epirotica. Oricos. Epiro oppidum est uersus macedonia. Vulnera. d. & ca. u. duplex est translatio: & quod armare dicat calamos & quod arma illos dicat ueneno. Et ca. ab hoc capua condita dicitur. Alii dicitur thuscum regem ea regione subacta urbe condidisse: & capua noisse quoniam capis lingua ethrusca falconem aue: cuius augurio condita est significat. Media: quippe quod nullum temporis spacium accelerans praeteriret ergo media nocte ad ostendendam hominis uigilantiam. Namque ubi aemira poetae uarietas. Nam ut in aduentu aeneae ad euandrum omnia longo ordine & suo tempore cum maximo ornatu exposuit: si contra ut uarietati studeret ea quae de aduentu ad ethruscos & de implorando auxilio dicenda fuerant obtinuit: & in hunc locum non narranda sed praestrigenda transtulit. Quod proprium poetae est: uel Hora. Ordinis haec uirtus erit & Venus aut ego fallor: ut iam nunc dicat: iam nunc debet dici: pleraque differat: & prius in tempore omittat. Vitauit ergo fastidiosam similitudinem & relicta salutatiōe & postulatiōe Aeneae: & responsione Tarcōtis discessit eis a litore ethrusco posuit. Quae si quis esse deat pro crebra mutatione omnium rerum. Significat diligenter aduertat iuuet hic omnia semina argumentationum: ex quibus possit effici omnino artificiosissima in genere deliberatio: nam cum dicit: regem adiit significat quod supplex aduenerit: deinde quod commedauerit: se a gente a fama: ut pro nobilitate generis eos moueat.

quis in festo uulnere pyrri. Aut acerrime expressit in euitabiles sagittas: dices eum uulnera non tela dirigere. Meonia: Lydia: quae ante meonia dicebatur. Pactolusque in auro. Pactolus & hermus Lydiae flumina sunt auge sicut tagus trahetia. Et ca. hinc nomen campanae ducitur urbi: iste quod dicitur a Capye dicta campania: quod & Lucus sensit: Meonia Dardani tenuit campana coloris. Sed Livius uult a locis capes tribus dicta: in quibus sita est. Sed constat ea a thuscis condita uiso falconis augurio: quod thuscia lingua capis dicitur: uel noinata campania. Thuscos autem omnem pene Italiam subiugasse manifestum est. Contulerant: nocte iteruenire pegerant: & est explanatio regis quos Aeneas gessit: postquam profectus ab Euandro ad petenda auxilia: dum inter suos: & Turnum bella gerebant. Remanum omiffam breuiter exequitur. Quid perat. auxiliium. Quid ue ipse. uicissitudinem auxilii: ut supra Accipe daque fide. Mezetium autem. Quae si. com. Inicit late ter timore: ne forte possit collectis auxiliis in regna peruenire: a quibus fuerat ante depulsus. Violentaque. pro. sub. ut Quos illi bello. pro. fugos egere sub. pro. Humans quasi sit si. late ter hoc dicitur: nolite hoc putare fixa esse & stabilem felicitatem. magna enim est regis uarietas: iucunde accipietis auxilia. Admoet. in. pro. pri. rogat: pro. tim admoet hoc solatiu est uitae humanae tutissimum: si uel mutua dentur auxilia: uel si in prosperis positi est subiecta considerent: & est superioris uersus expressio. nam edocet quod peterent: & quod eum sollicitabat. Admoet uero uel ca. Mezetium: uel quae instabilis est & uaga fortuna. Tarcō: hoc nomen graece ubique posuit: excepto uno loco: ut Haud procul hic tarco & tyrrheni: quod metri causa fecit. Libera satis: exempta fatali necessitate qua pugnare non poterant: propter illud Ex turnos optate duces.

**C**DONA. Caput detectus: non pugnaturus: quae prohibuerat deus. Mnestheus & capis: alterum laudat a factio: altege a merito ciuitatis. Noctē: ad laudem aeneae. Et regi me. tria dixit: memorat: edocet: admoet. Memorat ergo nomen & gēus: & quod perat: & quod ferat: edocet turni uiolenta pectora: quae arma conciliet. Admo-

Terebyntho

Oricos

Capua



**C**SER. Prima tenet: more uiri fortis in principiis est: alibi Princeps ante omnes densum palinurus agebat Agmé. Rostro phrygios subiuncta leones: uult pro iugo rostrum nauis fuisse: Leones autē singulos in singulis nauis partibus fuisse depictos: Sane notatur a criticis Virgilius: hoc loco quemadmodum sic cito dixit potuisse naues Aeneae fieri: quod excusat pictura: quam sola mutatam debemus accipere. Gratissima: propter illic facta nauigia. Euentus belli uarios: licet haberet fortissimum militem: cogitabat tamen incerta bello. Noctis iter: aut per quae sidera nox decurrit: aut quae intuentes nauae iter peragunt noctibus. Iam modo:

 Occubat. ignarē Laurens habet ora Mimanta.  
 At uelut ille canum morſu de montibus altis  
 Actus Aper: multos Vesulus quē pinifer ānos  
 Defendit: multosq; Palus laurentia silua  
 Pastus harundinea: postq̄ inter retia uentū est.  
 Substitit: īfremuitq; ferox: & inhorruit armos.  
 Nec cuiq̄ irasci: propius ue accedere Virtus:  
 Sed iaculis: tutisq; procul clamoribus instant:  
 Haud aliter: iustæ quibus est Mezentius iræ  
 Non ulli est animus stricto concurrere ferro:  
 Missilibus longe: & uasto clamore lacesſunt.  
 Ille autē impaudus partes cunctat̄ in omnes  
 Dentibus infrendens: & tergo decutit hastas.  
 Venerat antiquis Coriti de finibus Acron  
 Graius hō: īfectos linquēs pfugus hymenæos.  
 Hunc ubi miscentē longe media agmina uidit  
 Purpureum pinnis: & pactæ coniugis ostro.  
 Impastus stabula alta Leo ceu sæpe peragrans  
 (Suadet enim uesana fames) si forte fugacem  
 Cōspexit Capreā: aut surgētē ī cornua Ceruō.  
 Gaudet hiās immane: comasq; erexit: & hæret  
 Visceribus super accūbēs: lauit improba teter  
 Ora cruor.

Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.  
 Sternitur infelix Acron: & calcibus atram  
 Tundit humū expirās: infractaq; tela cruētat.  
 Atq; idē fugientē haud est dignatus Orodem  
 Sternere: nec iacta cæcū dare cuspide uulnus.  
 Obuius: aduersoq; occurrit: seq; Viro Vir  
 Cōtulit haud furto melior: sed fortibus armis:  
 Tū super abiectū posito pede nixus: & hasta.  
 Pars belli haud tēnēda Viri iacet alt⁹ Orodēs.  
 Conclamant socii lætum Pæana secuti.  
 Ille autem expirans: non me: qcunq; es: inulto  
 Victor: nec longum lætabere: te quoq; fata  
 Prospectāt paria: atq; eadē mox arua tenebis.  
 Ad quem subridens mixta Mezentius ira  
 Nūc moref. ast de me Diuō p̄: atq; hoium rex  
 Viderit. hoc dicens eduxit corpore telum:

terat: Subridēs: pp̄ p̄tectū: Mixta: quā ex maledictō p̄ceperat: Diuō p̄: ipi⁹ p̄teptu: & p̄ironiā hęc dixit.

fatis ē p̄grua cōparatio: Multosq;: p̄ multos ue. nō  
 nuicina ē pal⁹ laurētia mōti uesulo: ut possit unus  
 atq; idē apte itelligi: Past⁹: p̄ pastū: nā supra ait quē  
 ergo at̄iptosis ē: Laurētia: p̄ laurēs: nā recta deriua  
 tio hęc ē: Inhorruit. a. p̄ armis inhorruit: Aut certe  
 in armos horruit: & erexit setas: Tutis. p̄piculū.  
 Iustæ. p̄ illā Mortua qn̄ ēt iugebat corpa uiuis:  
 Cōponēs māibusq; māusq; atq; orib⁹ ora: Cūctat:  
 dispōit se p̄ oēs p̄tes: Tergo: scuto: ut Et uēit aduer  
 si ī tergū sulmōis: Coryti de fi. coryt⁹ ē ciuitas thu  
 scia: & mōs: & rex p̄ Dardāi: un̄ nūc ad qđ uis p̄t re  
 ferri: Grai⁹ hō: oriūdo qđē grac⁹: sed q̄ nūc de thu  
 scia uēisset ad bellū: Miscētē: p̄turbātē: Purpureū  
 pin. bñ galeatū: ut Purpurei cristis iuuenes. i. pulchri  
 Vesana. salibi: Et maleſuada fames: Fugacē: uelo  
 cē: Surgētē: crescētē: cornib⁹ eminetē: Comasq;  
 an̄nāle ē ut irati leōes erigāt iubas: Lauit: ab eo qđ  
 lauo is: nā hoc uerbū & priæ cōiugatiōis ē: & tertiæ:  
 a q̄ nūc ait Et lauit: Itē Hor. lauit āne crines: Itē neq;  
 dulci mala uino lauere: Infracta: aut ualde fracta:  
 aut reuera īfracta: Orodē: istū Orodē uix̄ fortem  
 itelligimus in fugam cōuersum necessitate Nā ipse  
 Mezētius paulo post dicturus ē ad hortādos socios:  
 Pars belli haud tēnēda uiri iacer altus orodes: Fur  
 to: īsidiis: Haud tēnēda uiri: Asper uiris legit: Al  
 tus: magnus: ut Sic pater ille deū faciat: sic altus apol  
 lo: Pæana secuti: Pæan p̄prie Apollinis laus est: sed  
 abusiue etiā alioz̄ dicit: unde Pindar⁹ opus suū: qđ  
 & hominū & deorum cōtinet laudes Pæanas uocat.  
 Nec lōgum lætabere: duo dixit: nec diu lætaberis:  
 nec me indefenso. Homeri autem more morienti  
 dedit scientiam futurorum: ueluti patroclum mo  
 rientem Hectori mortem prædicere.

αλλο δε τοι ερεω: συ δε νι φρεσι βαλλεο σῆσι  
 ουην ουδ αυτος διηρον βει: αλλα τοι ηδη  
 αγγι περε σῆνε θανατος: και μοιρα προταιη  
 χερσι δαμεντ ἀχιλλῆος αμυμονος αιωνι δαο  
 Et Hectorem Achilli.

φραξο νυν μοι τοι τιθεων μηνι μα γενο μάτ  
 ηματι τω οτε ηεν σε παρις: και φοι βος απολλων  
 εθλον εοντ ολεσσωσιν ενι σῆκαιησι πυλησιν.  
 Longū: p̄ lōge: nomē p̄ aduerbio posuit: Subri  
 dens: p̄ iracundiā ridēs loquit̄: unde & illud dictū p̄  
 irrisionē accipit̄: Ast de me diuō pater atq; hoium  
 rex Viderit. uiderit utrū Mezentio possit nocere il  
 le quē uos deorum & hominum creditis esse recto  
 rem: Eduxit corpore telum: quo facilius posset pe  
 rire. Luc. Non eget ingestis sed uulsis corpore telis.  
 DONA. Neq; hīc habuit q̄ de Dōato excerpere.  
 CHR̄I. Vesul⁹: mōs de quo ī Geor. dictū ē: Pa  
 l⁹ laurētia: qa uolutabris apri gaudēt: Inhorruit. a.  
 qa setas erigūt: Ille. a. Horodi huic diuinationē tr  
 buit: qm̄ uulnere letali cōfect⁹ p̄pe mortē cōstitutus  
 erat. Nā eo tpe aius pene a corpe solut⁹ ī nām rediēs  
 suā diuinitatē oīdit quā corpe opp̄ssus oīdēt nō po  
 ceperat: Diuō p̄: ipi⁹ p̄teptu: & p̄ironiā hęc dixit.



## Aeneidos

**C**SER. Dura quies: blande contraria: sicut dictum est & somnus ferreus.

οὐς οὐ μὲν αὐτῷ πρὸς ὧν ἵοι μῆσ' ὄρω χ' ἄλνεον ὑπ' ἴον.

in aliquibus nominibus. Nam quis sit Troianus: quis sit Rutulus ignoratur. Rapo: Rapon dicitur: sicut Tarcon: sed metri causa detraxit n: ut possit fieri finaloepha: sicut supra ait: At procul hinc tarco. Infrenis: casu eq asperrimi: qui frenorum sperneret regimen. Infrenos autem etiam homines dicimus: ut Hinc numidæ infreni cingunt. Dicimus autem & infrenus & infrenis: sicut inermus & inermis. Processerat agis: contra Mesapū

dimicaturus: quod nequit efficere: nam a Valero ante ad Mesapum perueniret occisus est. Haud expers: non ignarus uirtutis parentum. Iaculo & longe fallente sagitta: ictu longe fallentis sagittæ: nam pendiadim dixit: ut Hamis auroq; trilece. Itemq; Molemq; & montes. Cædebant: legitur & cedebant. i. terga uertebant: secundū quod ruebant in sequebantur significat. Si autem cædebant: id est occidebant: ruebant: hoc est cadebant significat. Iram miserantur inanem: generaliter dicit omnem iram bellicā. Vbi enim tā inanis iracundia est quam in bello: ubi ut pereamus irascimur. Pallida Tisiphone: non ipsa dea: sed effectus furia: hoc est infania. Orion cum pedes incedit per medii maxima nereï stigma: Oriō (ut etiam in primo diximus) Oenopiōis regis filius fuit: & concessus a Ioue: Mercurio: Neptunoq; susceptis hospitio: hic uenator immensi corporis fuit: qui quodam tempore susceptus a rege Oenopione cum uellet eius filiam uitiare: ille iratus ei oculos sustulit. Cæcus itaq; Orion quum consuleret: quemadmodum oculos posset recipere: responsum est ei posse lumina restitui: si per pelagus contra orientem pergeret: ut loca luminum radiis Solis semper offerret: quod id ille efficere ita potuit: nam cū audisset strepitum cyclopium Ioui fulmina fabricatum: sono ad eos ductus unum de his humeris superposuit: & eo duce oraculi præcepta compleuit. Non autem incongrue fingitur ire potuisse per medium pelagus quasi filius pro parte Neptuni: hæc autem comparatio pertinet ad solam corporis proceritatem. Maxima nereï stigma: per epithetō eleuauit tapinosin more suo. Imperterritus: prima est compositio: nō secunda. Nam hoc est perterritus quod territus: & tūc est uera compositio cum sermonis natura corrumpitur. Spacium emensus quantum satis hastæ: speciosa elocutio. Voueo: confecro: & dedico. Prædonis: Prædones sunt qui populandam alienam inuadunt prouinciam: alibi Perfidus alta petens abducta uirgine prædo. Trophæum: dictum est ὄρω τοῦ τρῆπῆσ' ὄρω: id est ab hostium conuersione: unde qui hostem fugasset merebatur trophæum: qui autem occidisset triumphū ὄρω τοῦ ὀριῶν βεβειν. i. ab exultatione. Sciēdū sane Lauso propriā ideo nihil profuisse pietatem: q; in eum pater mente sacrilega munera trāsferrebat: deoz; & ei occisorum spolia deuouebat.

**D**ONA. Neq; hic uideo quid afferat Donatus quod uel pueros: fugere possit.

**C**HRJ. Longe fallente sagitta: fallebat enim qui uulnerabatur cum non putaret ex tam longinquo spatio illam ad se peruenire posse. Iram inanem: Quia illa nihil proficiebat. Speculatus: Quoniam huic rei intentus erat. Dextra mihi deus: Nam cum deos esse negaret cuncta in sese reposuerat: impia ergo oratio & omnino sceleratissima. Loquitur enim de dextra deq; telo suo ueluti de summo deo. Quid Protagoras: aut Diagoras Atheos cognomine: aut Theodorus qui deos esse negarūt sceleratius dixissent. Ipsum te lause trophæum: Nam ut reliqui quercum amputatis ramis hostilibus armis exornabant: sic iste Lausum filium. Et dulces moriens reminiscitur argos: A loco sæpe trahitur indignatio ut Cum uitam in siluis inter deserta ferarum: item & libye deserta peragro: item commiseratio: ut in hoc loco: item illud Littora cum patriæ lachrymans portumq; relinquo.

¶ Cedicus alcathoum: in hoc loco est confusio

Olli dura quies oculos: & ferreus urget  
Somnus: in æternā claudunt lumina noctem,  
Cedic<sup>9</sup> alcathouū obrūcat: Sacrator Hydaspe:  
Partheniūq; Rapo: & prædurū uirib; Orfen:  
Mesapus: Cloniumq; Lycaoniumq; Ericatē.  
Illum infrenis equi lapsu tellure iacentem:  
Hunc peditē pedes: & Lycius pcesserat Agis:  
Quē tñ haud expers Valerus uirtutis auitæ  
Deicit Atronium Salius: Saliūq; Nealces  
Insignis iaculo: & longe fallente Sagitta.  
Iam grauis æquabat luctus: & mutua Mauors  
Funera: cædebant pariter: pariterq; ruebant.  
Victores uictiq; neq; his fuga nota: neq; illis.  
Dii: Iouis in tectis iram miserantur inanem  
Amborum: & tantos mortalibus esse labores.  
Hinc Venus: hinc cōtra spectat Saturnia Iūo.  
Pallida Tisiphone media inter milia sæuit.  
At uero ingentem quatiens Mezētius hastam  
Turbidus ingredit' cāpo: quā magnus Orion  
Cum pedes incedit medii per maxima Nerei  
Stagna uia scindēs humero sup' eminet undas:  
Aut summis referens annosam mōtib; Ornū  
Ingrediturq; solo: & caput inter nubila cōdit:  
Talis se uastis infert Mezentius armis.  
Hinc cōtra Aeneas speculatus in agmine lōgo  
Obuius ire parat: manet imperterritus ille  
Hostē magnanimū opperiēs: & mole sua stat.  
Atq; oculis spacium emensus q̄tum satis hastæ  
Dextra mihi Deus: & telum quod missile libro  
Nunc adsint. uoueo prædonis corpore raptis  
Indutum spoliis ipsum te Lause Trophæum  
Aenæ: dixit: stridentemq; eminus hastam  
Iecit: at illa uolans Clypeo ē excussa proculq;



**C**SER. Anthorē: erit nominatiuus hic Anthores: quomodo Diore: nā si Anthor fuerit nominatiuus me  
tri ratio nō procedit. Omnia enim nomina græca in or terminata in obliquis casibus corripunt o: ut Hector  
ris: Nestor ris: Castor ris: & sic Anthor ris: Alieno uulnere: telo qđ in Aeneā fuerat destinatum, & Cælumq;  
aspicit: ut alto quæsiuit cælo lucē. Itē Hæserat cælū: mentemq; recepit. Naturaliter, n. morientes cupiunt fatiari  
extremo lucis aspectu, & Dulceis mories reminiscitur argos: inter physica signa moriturorum etiam hoc legi/  
tur patriæ aspectum desiderare perituros, & Linea terga: lino enim tegebantur scuta: ut posset inherere pictu/  
ra, & Ima: hasta: hypallage ē p in imo inguine, & Afe  
more: ut etiam supradiximus secundū Caprum erit  
nominatiuus hoc semē: licet nusq; lectū sit: ut etiam  
ipse commemorat, & Lachrymæq; per ora uolutæ:  
non uiri fortis: sed filii est considerata persona, & Op/  
tima facta: alii optime legunt, & Hic: in hoc loco: uel  
bello: nam aduerbium est, & Si qua fidem tanto est  
operi latura uetustas: non de suis carminibus dicit:  
nec enim sibi arrogaret: sed tanto operi: id est pietati  
& uirtuti tuæ: nam hic est sensus: Ego quidem facta  
tua o Lause & mortem ex pietate uenientem non si/  
lebo. Si tamen crederet uetustas ex scelerato homine  
pium filium procreatum fuisse, & Inq; ligatus: pro il/  
ligatus: & est tmesis cum hystero-logia, & Inimicum  
hostile: cuiusdam quasi picturæ pompa & imago de  
scribitur, & Iamq; assurgentis dextræ: iamq; subiit  
mucronem Aeneæ dextræ assurgētis: id est plagam  
ferentis, & Morando sustinuit: moram iniuciendo  
eius impetum lufit, & Dum genitor parma nati: de  
historia est. Nam Scipio Africanus cum esset anno/  
rum uix decem & septem patrem suum defendit in  
bello: nec recessit uigefimo septimo confossus uulne  
ribus, & Præcipitāt: præcipitantur, & Dum pluit: hic  
distinguedū: Nam si iunxeris Dū pluit in terris: erit  
archaismos. Debit enim dicere In terras. Tamē sciē  
dum est hemistichiū hoc Lucretii esse: qđ ita (ut in/  
uenit Virgilius) transtulit, & Exercere diē: hypallage  
est pro ipsi per diē exerceri, & Nubem belli dum deti  
net: bellantum impetum sustinet: donec deseruerat:  
& bene traslationē fecit a uicina comparatiōe, & Fal/  
lit te incautū pietas tua: quod credis me iccirco piū ti  
bi ueniam posse concedere: quia & ipse pietatis intui  
tu dimicas p patris salute. Tua autem pietas prudē/  
ter est additum quasi nō a parente descendens: cū in  
deos sit pater impius & pietas in filio sit nulla patris  
imitatiōe, & Fila legūt: propriū fuerat rūpunt: tamē  
legunt aut colligūt est: aut trāseunt: ut Littoraq; epi/  
ri legim⁹, & Exigit ensem p mediū æneas: poetica de  
scriptio est. Nam re uera fieri nō potuit: ut & gladius  
transiret p corpus iuuenis: & in eius corpore abscon/  
deretur: nam exigit est ex eo agit trans corpus, & Par  
mam: id est leuia arma nō clypeum. Minacis autem  
non Lausi: non enim ipse minatus fuerat: ergo ordo  
est: Mucro minacis Aeneæ scilicet.

Egregium Anthorem latus inter & ilia figit:  
Herculis Anthorē comitē: q missus ab Argis  
Hæserat Euandro: atq; itala confederat urbe.  
Sternitur infelix alieno uulnere: Cælumq;  
Aspicit: & dulceis moriēs reminiscitur Argos.  
Tum Pius Aeneas hastam iacit: illa per orbem  
Aere cauum triplici: per linea terga: tribusq;  
Transiit intextum Tauris opus: imaq; sedit  
Inguine: sed uires haud pertulit: ocyus ensem  
Aeneas uiso Tyrreni sanguine lætus  
Eripit a femore: & trepidanti feruidus instat.  
Ingemuit cari grauiter Genitoris amore  
Ut uidit Lausus: lachrymæq; per ora uolutæ:  
Hic mortis duræ casum: tuaq; optimaq; facta  
Siqua fidem tanto est operi latura Vetustas:  
Non equidē nec te Iuuenis memorāde silebo.  
Ille pedem referens: & inutilis: inq; ligatus  
Cedebat: Clypeoq; inimicū hostile trahebat,  
Proripuit iuuenis: seseq; immiscuit armis.  
Iamq; assurgentis dextræ: plagamq; ferentis  
Aeneæ subiit mucronem: ipsumq; morando  
Sustinuit. socii magno clamore sequuntur:  
Dum Genitor Nati parma protectus abiret.  
Telaq; coniciunt. proturbant eminus hostem  
Missilibus: furit Aeneas: tectusq; tenet se.  
Ac uelut effusa siquando Grandine Nimbi  
Præcipitant: omnis campis diffugit arator:  
Omnis & agricola: & tuta latet arce uiator:  
Aut amnis ripis: aut alti fornice saxi  
Dum pluit: in terris ut possit sole reducto  
Exercere diem: sic obrutus undiq; telis  
Aeneas nubem belli dum detinet: omneis  
Substiet: & Lausum icrepitat: Lausoq; minat.  
Quo moriture ruis: maioraq; uiribus audes:  
Fallit te incautum pietas tua: nec minus ille  
Exultat demens: saeua iamq; altius iræ  
Dardanio surgunt ductori: extremaq; Lauso  
Parcæ fila legunt: ualidū nanq; exigit ensem  
Per mediū æneas iuuenem: totumq; recondit.  
Transiit & parmā mucro leuia arma minacis:  
Et tunicam: molli mater quam neuerat auro:

**C**HRIST. Hic mortis duræ casum tuaq; opti/  
ma facta: Hoc enim proprie poetæ est ut ueluti cho  
ri uicem sustinens: bonos laudet & extollat: malos  
taxet & deprimat. Hinc Horatius: ille bonis faueat  
atq; auxilietur amico, & Ac uelut effusa: Vitat agrico  
la & uiator grandinem ut redeunte sole possit opera  
ri. Sic Aeneas uitabat ingentem missilium uim: ut  
nacta occasione Lausum & Turnū perderet, & Fallit  
incautum pietas tua: Damnat illum non sine laude  
qđ in errorem nimia pietate labatur. Stultitia enim  
est illum supra uires res aggredi: sed ex nimia in pa  
trem pietate labitur.



**SER.** Tum uita per auras Concessit mœsta ad manes: id est anima: & abusiue dictū est: nam ad inferos si mulacrum pergat non anima, Pro laudibus istis: quia & contra fortiorem: & pro patris salute dimicare conatus est: Ideo enim pluraliter laudibus dixit, Quod pius aeneas tanta dabit indole dignum: propter euitādam arrogantiam tertia persona usus est, Indoles autē proprie est imago quaedam uirtutis futurae, Quibus lætatus habet: moris enim fuerat: ut cū his rebus homines sepelirentur: quas dilexerant uiui, Si qua est ea cura remitto: aut more illo dixit quo solent sepulcra ad ipsa cadauera nō pertinere: licet umbris sicut in vi. legimus proficit: ut Si qua est ea gloria signet, Item de Palante:

Vano mœsti comitamur honore: Aut certe si q̄ est ea cura Mezentio, patri sacrilego: qui superos: inferosq; contemnit, Aeneæ magni dextra cadis: sicut alibi: Nomen tamē haud leue patrum Manibus hoc referes telo cecidisse camilla, Comptos de more capillos: antiquo, s. more quo uiri sicut mulieres cōponebant capillos: quod uerum esse & statuæ antiquorū docēt: & personæ quas in tragœdiis uidemus similes in utroq; sexu quantum ad ornatum pertinet corporis, Interea: dum hæc geruntur: & omnino sic est apud poetas interea sicut apud Salust, eodem tempore, Vulnere siccabant lymphis: noue & physice locutus est, Nam cum aqua omnia infundatur: ait siccari uulnus, Fluxus enim sanguinis aquarum frigore continetur, Leuabat: inclinatione creabat, Procul: modo iuxta significat: & in bucolicis egloga sexta: Serta procul tātum capiti delapsa iacebat, Grauius arma quiescūt: bene grauius: ut & galeam arma: sed leuia intelligamus, & talis est figura sicut illa Salu, Leonem atq; alias feras: ergo & leo fera: Quiescunt autem: quasi in terra posita: quoniam galea quæ pendebat poterat & moueri, Colla fouet: sustinēs se arboris trūco, Fusus p̄pexam in pectore barbā: barbā in pectus fusam habes, Archaismos autē est q̄ ait in pectore pro in pectus: ut alibi Medius effusus in undis: p̄ i medias undas, Multa: p̄ multū: sicut Et pede terrā crebra ferit pro crebro, Sup̄ arma ferebāt: supra scutū: ut supra Impositū scuto referunt palāta frequētes, Ad cælū tendit palmas: increpans deos: q̄ si sacrilegus, Et sciendū uno eodēq; tpe nō eū potuisse & hæere corp̄i & manus ad cælū leuare: licet ista poeta cōiūxerit, Corpe inhæret: aut inhæret Lauso suo corpore: aut certe hystorologia ē: ut sit hæret in corpore, Melius tamen est ut sit antithesis pro corpori: ut hæret pede pes: pro pedi.

**CHR.** Vita: anima mœsta: nā naturali appetitu corpori cōiuncta esse cupit, Quid tibi nunc miserande: Ostēdit quot etiam hostibus: si egregio animo sint placet pietas quamuis contra se sit, Vulnere siccabat lymphis: mouet in hoc loco pathos ab habitu: ut est et fatigatio Entelli Atq; illum fidiæ quales genua ægra trahentem, Ad lausum socii: Pathos ab eo qd̄ est p̄ter spem: Nā cū uiuū credēs mitteret q̄ pugna illū reuocaret uidit interemptū referri, Præfaga mali mēs: mēs, n. humana: quoniam immortalis est p̄æpe ui quā dā sibi inata malū sibi ueturū præfagiti, prænoscit, Sagire enim est callide sentire inde sagaces cæs qui callide feras inuestigant, Ad cælū: Ut diis quos cōtemnebat cōiuciareretur: nā & si malo prauoq; ingenio deos tanq̄ q̄ nō essent cōtemneret tamē in subdita aliq̄ cōsternatiōe nemo tam barbaro ingenio est: neq; tā deprauata consuetudine: ut superiorē aliquā potestatem esse nō credat, Tanta: iustissima deorum indignatio quam nēm̄sim græci appellāt suo ordine meritis poenas exegit q̄a fuerat cōtemptor diuū nō ut capro uidet quia cōtemptis diuis in homines sæuieret: nā & de Busiride quē illaudatū scribit idem dixisset, Sed quia curam sacrorum diis nō exhibuit, Nā ut ait Cato in originibus: Mezentius rutulis imperauit: ut primitias quæ diis debentur sibi offerrent, Et latini similis imperii: metu ita uouerunt, O Iuppiter si tibi magis cordi est nos ea tibi dare potius q̄ Mezētio uti nos uictores facias: hinc est sacerdotis exultatio: Hæc sunt spolia: & de rege superbo primitiæ, Quapropter non enim satis graue supplicium lussit impius homo: & sæuissimus tyrānus si insurgētibus in se ciuibus prius tumultu cæsus fuisset, Mirius, n. q̄ par erat secū actum fuisset: si tā breui morte tātas calamitates euassisset, Sed in primis patriam amisit: q̄ hoibus ipsa uita carior eē solet, Deinde exercitū illū cui imperare cōsueuerat: quēq; sibi obsequētissimū hæctenus expertus fuerat in se insatiabili odio furentē armatū uidit: Postre-

Impleuit sinum sanguis: tum uita per auras  
Concessit mœsta ad manes: corpusq; reliquit.  
At uero ut uultum uidit morientis: & ora  
Ora modis Anchisiades pallentia miris  
Ingemuit miserās grauius: dextramq; tetēdit.  
Et mentem patriæ subiit pietatis imago.  
Quid tibi nūc miserāde puer p̄ laudib; istis?  
Quid Pius Aeneas tanta dabit indole dignū?  
Arma quibus lætatus habet tua: teq; parentum  
Manibus & cineri: (si qua est ea cura) remitto.  
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem  
Aeneæ magni dextra cadis: increpat ultro  
Cunctantes socios: & terra subleuat ipsum  
Sanguine turpātē comptos de more capillos.  
Interea genitor Tyberini ad fluminis undam  
Vulnere siccabat Lymphis: corpusq; leuabat  
Arboris accliuus trunco: procul aerea ramis  
Depēdet galea: & prato grauius arma quiescunt.  
Stant lecti circum iuuenes: ipse æger: anhelās:  
Colla fouet: fusus p̄pexam in pectore barbā:  
Multa super Lauso rogitat: multosq; remittit  
Qui reuocent: mœstiq; ferāt mādāta parētis.  
At Lausum socii exanimē super arma ferebāt  
Flentes ingentem: atq; ingenti uulnere uictum  
Agnouit longe gemitum Præfaga mali Mens:  
Caniciem multo deformat puluere: & ambas  
Ad cælum tendit palmas: & corpore inhæret.  
Tanta ne me tenuit uiuendi Nate Voluptas:



mo optimū filiū in ipso adoleſcētiā flore cuius pietas in se defendēdo: & suis armis ptegēdo pſpecta fuerat cæsum uidere coactus est: huiusmodi uulneribus nō semel: sed pluries mori cogeret. Quæ oīa ita a poeta describunt: ut maximo nobis exēplo sint. Ut expiati oībus sceleribus: & religionē in deos: & pietatē in patriā: & mansuetudinem: atq; innocentīā in omnes adhibeamus: nobisq; persuadeamus deos eē memores fandi: atq; nefandi. Vltimum autem supplicium quo affectus fuit q; sua delicta tum demum recognosceret: cum illis remediū nullum afferre posset quot tormentum maximum est. Vnde Persi, Magnæ pater diuum sæuos punire tyrannos: Haud alia ratione uelis nam dira libido, Modeat ingenium feruenti tincta ueneno Virtutem ut uideat in tabescantq; relicta, Tanta ne: ostendit hostili uulnere non affici: sed hoc penitus exanimari.

Ut pro me hostili paterer succedere dextræ  
 Quē gēui: tua ne hæc gēitor p uulnera seruor  
 Morte tua uiuēs: heu nūc misero mihi demū  
 Exilium infelix: nunc alte uulnus adactum.  
 Idē ego Nate tuum maculaui crimine nomen  
 Pulsus ob inuidiam Solio: sceptrisq; paternis.  
 Debueram patriæ pœnas: odiisq; meorum,  
 Omnes p mortes animā fontē ipse dedissem:  
 Nūc uiuo: nec adhuc hoīes: lucemq; relinquo:  
 Sed linquam: simul hoc dicens attollit in ægrū  
 Se femur. & q̄q̄ uis alto uulnere tardat  
 Haud deiectus: equō duci iubet: hoc decus illi  
 Hoc solamen erat: bellis hoc uictor abibat  
 Omnibus. alloquitur mœrentē: & talibus ifit.  
 Rhæbe diu: (res siq; diu mortalibus ulla est)  
 Viximus: aut hodie uictor spolia illa cruenta:  
 Et caput Aeneæ referes: Lausi q; dolorum  
 Vltor eris mecum: aut aperit si nulla uiā Vis:  
 Occūbes pariter: neq; enim fortissime (credo)  
 Iussa aliēa pati: & domios dignabere Teucros.  
 Dixit: & exceptus tergo affueta locauit  
 Mēbra: manusq; ābas iaculis onerauit acutis:  
 Aere caput fulgens: cristaq; hirsutus equina:  
 Sic cursū in medios rapidus dedit: æstuat igēs  
 Imo in corde pudor: mixtoq; infania luctu:  
 Et furiis agitatus Amor: & conscia Virtus:  
 Atq; hic Aenean magna ter uoce uocauit.  
 Aeneas (agnouit enim) lætusq; precatur:  
 Sic pater ille Deum faciat: sic altus Apollo.  
 Incipias conferre manum.  
 Tantum effatus: & infesta subit obuius hasta:  
 Ille autem: quid me erepto sæuissime Nato

¶ CHRI. Ut pro me hostili: expolitio est: tribus enim modis idē dicit: & exprimit id qd dixit. Nullū illi esse maius tormētum q̄ q; recognoscat p̄terita scelera. Nūc alte uulnus adactū: Tacite & q̄si per diffinitioem mouetur: pathos cum res quæ commiserationem mouet non clare dicitur: sed relinquatur intelligi. Nam qd per hoc uulnus intelligitur nisi amissio filii. Hoc decus illi hoc solamen erat: Repetitio est: quæ ut diximus sæpe cōmiserationem affert: ut Te dulcis coniux te solo in littore secum, Te ueniēte die te discedēte canebat. Rhæbæ diu: mouetur pathos si sermo aut ad res Inanimatas cōuertitur: ut Dulces exuuiæ dum fata deusq; sinebāt Aut ad bruta: ut hic, Res si qua diu mortalibus: ulla est. Dolet & breuitatem uitæ humanæ. Aestuat ingens Imo in corde pudor: nam istis omnibus perturbationibus: ita uehementer exagitabat mens: ut mare æstuat uariis uentis: cōcitātū. Inde aliud super atq; aliud: Tam uariis pturbationibus æstuan ac celeritate uti debuit.

R.

¶ SER. Per uulnera seruor: aut re uera p uulnera quia p totū eius corpus mucro trāsierat: aut inuidio se ait uulnera p uulnus: sic Teren. Nō ppeti meretri cū cōtumelias: cū de Thaide loq̄ret. Nūc demū exiliū infelix: nūc alte uulnus adactū est: Solatio. n. uiuētis filii utrunq; fuerat ante tolerabile. Idē ego: qui nūc cā tuæ mortis sui: q; feci ut exulis & sacrilegi filius eē dicereris. Pulsus ob inuidiam: excusat ne merito expulsus eē uideatur. Omnes p mortes: p oīa mortis generas. p diuersa supplicia: p quæ uēitur in mortē. Vis alto uulnere tardet: alii uulneris uolētia. Alloquitur mœrentem: tristēm. Hæc enim animalia secūdem Homerum cum sint tristitia idicāt dominorum mortem futuram.

τον Δαρ υπο ξυγοφιν προσεφη ποδας αιολος ιππος

ξάνθος, αφαρδ ηδύσε ναρήατι: πασα δε χαίτη ξευλῆς εἴερι πουσα παράξυγον ουδας ινανέν. Rhæbe diu res si q; diu mortalibus ulla est: hoc loco notant Virgiliū critici: qui homini sacrilego dedit prudentē sententiā: quam rem ratio naturalis excusat. Ea enī quæ per naturā mouēt animos: in quīs personā cadunt, illa uero sunt tātum prudentū: quæ nō nisi cōsulto & ratiōe deprehendūtur. Vnde & Teren. seruis dat plerūq; snias prudentissimas quidē: sed q̄ se per naturam offeruntur cūctis: ut ne quid nimis. Spolia illa cruenta: arma Aeneæ Lausi cruore perfusa. Vnde itulit Et caput Aeneæ: per quod etiā spolia Aeneæ intelligimus: nam Lauso nihil detraxerat Aeneas. Dixit enim Arma quibus lætatus habe tua. Aut aperit si nulla uiā uis: aut nullam ostendit fortitudo rationē. Neq; enim fortissime credo: q; dignaberis habere domios teucros: se licet ignauos. Nam hoc itelligimus ex eo quod dixit Equo fortissime. Plerūq; enim ex alterius personæ uituperatione uel laude cognoscimus quid de alia dicat: ut hoc loco Troiāos uituperatos ex eq̄ laude cognoscimus. Item alibi contra: Et nunc ille paris: scilicet adulter. Nam illo loco ex persona Parisi uituperat Aeneas. Exceptus tergo: equo se præbente susceptus: quod fieri plerūq; cōspicimus in cōsuefactis eqs. Iaculis onerauit: auiditas sæuētis exprimit magna. Teren. sapius. Infesta hasta: i uulnus parata: uel ptēta.

¶ DONA. Dixit & exceptus: Non enim poterat ascēdere: sed ex superiori loco se in equo cōposuit.



**CSER.** Quā perdere posses: deest me: nam hoc dicit nisi extincto filio nulla se ratione posse superari. Nec diuom parcimus ulli: quia Aeneas inuocauerat deos: ut Sic pater ille deum faciat. Desine: scilicet mortem minari: quoniam libenter moriturus adueni. Vmbo: scutum: nam a parte totum intelligimus. Leuos equitavit in orbem: secūdam artem militiā: nam eques stans facillime superatur a pede. In leuam autem ideo partem circūbat: ut Aeneā dexteram partem circūueniret: quæ utiq; nuda erat. Pugna iniqua: pedes contra equitem. Multa mouens: utrum in ipsum an in equum tela intorqueret: quo uulnerato Mezentius carebat effugio. Inter tempora: idest in frontem. Bellatoris equi: πολεμιστρ per quem bellum geritur: Aliter hominem dicimus bellatorem: qui bellum gerit. Implicat: impedit. Cernuus: cernuus equus dicitur: qui cadit in faciem quasi in eam partem quæ cernimus: unde & pueri quos in ludis uidimus ea parte: qua cernunt stantes: cernui uocantur: ut etiam Var. in ludis theatralibus docet. Clamore incendunt cælum: implent. & abusiue dicit. Troesq; gaudio. Latiniq; dolore. Hausit cælum: hoc est aerem. Lucretius. In hoc cælo quæ dicit aer: & hoc dicit postquam respirauit: & mentem recepit post turbationem ex equi uenientem ruina. Hostis amare: asper. & est Homerus de telo dictum: quod hic ad hominē trāstulit. Ille enim ait τινπονοισον. Nullum in cæde nefas: mori ultro forti nefas non est unde in primo æneas & fortis: & pius inducitur sic loquens O terque quaterque beati. Nec ego sic ut uincerem ueni: hoc est cum uoluntate procumbos. Nec te cum meus hæc pepigit mihi fœdera lausus: hoc est non cum hoc pacto a te Lausus recessit: ut uitam requireret. Fœdera autem pepigit per translationem dixit: idest non sic pugnaui: ut ullum mihi uitæ reliquerit desiderium. Venia: beneficium: ut Orantes ueniā. Hunc oro defende furorem: inimicorum iram: & post fata fauere cupientem. Defende autē est prohibe: ut Dū te peras defendo a frigore myrtos: & bene petit ab Aeneā quæ scit eum ultro concedere: ut probauit in filio. Petit autem non de eius pietate dubitans: sed timēs iram suorum. Haud inscius: improtes figura: nō enī dicit non ignarus: sed expectans omnibus uotis: ut Munera nec sperno: idest libenter accipio. In hac autem figura plus cogitatur quā dicatur. Vndantiq; animam: ordo est in arma undanti cruore animam diffundit: cuius sedem pleriq; sanguinem uolūt eē: & sic est dictum: ut Vna eademque uia sanguis aiusque sequuntur: Tuque hanc animam effundere dextra: quasi: quæ in cruore fouetur.

**CDONA.** Corpus humo patiar tegi: Verebat in ne ciues ex ueteri odio in eius cadauer nimis fauieret.

**CHRI.** Figitque uolatque: mira enim uelocitate figebat hastilia in scuto & fugiebat. Leuos equitauit in orbem: idest circūcurrendo in orbem habebat æneam ad sinistram. Aliter. n. currēdo hastilia in eum haud facile contorsisset. Nam dexteram facilius in leuam mouere poterat. Siluam: appellat siluam densa illa iacula scuto Aeneæ affixa. Corpus humo patiare tegi: non quia multifaceret sepulturam: sed quia egre ferebat suos ciues hoc assequi. Haud inscius: ita describit Turnus ut animo esset iunctus. Dyonisius in hac hystoria scribit quæ commissa pugna latinus: & Turnus cecidere: & Aeneas nusquam amplius apparuit. Deinde scribit obsessis troianis Mezentius tanquam uictor imperabat: petebatque ab Ascanio sibi dari uinum quod Latio proueniret. Ascanius recusauit: & uinum Ioui uouit inde nocturno tempore e castris exercitum educens hostes inuasit: ualidaque pugna commissa captis hostium castris multos: & cum his Lausum troiani ceciderunt. Mezentius occupato cum paucis propinquo monte audita cæde filii cum Ascanio pacem egit: & reduxit in Ethruam. Virgilius autem hæc quæ dicit in laudem Aeneæ fingit.

Terres: hæc uia sola fuit: qua perdere posses.  
Nec mortē horremus: nec Diuō parcim⁹ ulli.  
Desine: nā uenio moriturus: & hæc tibi porto  
Dona prius: dixit: telumque intorsit in hostem.  
Inde aliud super: atque aliud: figitque: uolatque  
Ingenti gyro: sed sustinet aureus Umbo:  
Ter circum astantem leuos equitauit in orbem  
Tela manu iaciens: ter secum Troius Heros  
Immanem arato circumfert tegmine siluam:  
Inde ubi tot traxisse moras: tot spicula tedet  
Vellere: & urgetur pugna congressus iniqua:  
Multa mouens animo: iā tandē erūpit: & inter  
Bellatoris Equi caua tēpora coniecit hastam.  
Tollit se arrectū quadrupes: & calcibus auras  
Verberat: effusumque equitem sup ipse secutus  
Implicat: eiectoque incumbit cernuus armo.  
Clamore incendunt cælū Troesque: Latiniq;  
Aduolat Aeneas: uaginaque eripit ensem.  
Et super hæc ait: ubi nūc Mezentius acer: & illa  
Efferat uis animi: contra Thyrenus: ut auras  
Suspiciens hausit cælum: mentemque recepit.  
Hostis amare quod increpitas: mortemque miraris:  
Nullum in cæde nefas: nec sic ad prælia ueni:  
Nec tecū me⁹ hæc pepigit mihi fœdera lausus  
Vnū hoc pro: (siquē uictis uenia hostibus: ) oro:  
Corpus humo patiare tegi: scio acerba meorum  
Circū stare odia: hunc (oro) defende furorem:  
Et me consortem Nati concede sepulcro:  
Hæc loquitur: iuguloque haud inscius accipit ensem.  
Vndantiq; animam diffundit in arma cruore.

Explicit Liber Decimus.

Explicit Liber Decimus.





## ADILON.

Vndecimo uicta est nō equo Marte Camilla.

Modestini Iurisperiti. Argumentum. XI.

**C**onstituit Marti spoliū ex hoste  
Trophæum:

Exanimūq; p̄ri natū Palāta remittit.

Iura sepulturæ tribuit: tempusq; Latinis  
Euander patrios affectus edit in urbe.

Corpora cæsa uirum passim digesta cremant̄.

Legati referunt Diomedem arma negasse:

Drances & Turnus leges æquante Latino

Concurrunt dictis: Aeneas imminet urbi.

Pugnatur: uincunt Troes: cadit icta Camilla.

Deinde duces castris donec cessere: minantur.

P. Virgilio Maronis Aeneidos. Liber. XI.

**C**eanum interea surgens Aurora  
reliquit:

Aeneas (q̄q̄ & sociis dare tēpus  
humandis

Præcipitāt Curæ: turbataq; fune  
re Mens est:)

Vota Deum primo uictor soluebat Eoo.

Ingentem Quercum decisis undiq; ramis

Constituit tumulo: fulgentiaq; induit arma:

Mezenti ducis exuuias (tibi magne Trophæū

Bellipotens) aptat rorantes sanguine Cristas:

is, & primo eoo: nam cum in noctem protracta esset pugna prius non poterat, & primo eoo: id est prima auro-  
ra, & ingentem quercum: non solum in testimonium uictoriæ: uerum etiam in honorem deorum erige-  
bant antiqui trophæum.



Ceanum interea surgēs aurora reli-  
quit: More suo prætermisit noctis  
descriptionem: quam transisse indi-  
cat præsens ortus diei: & hoc est un-  
de Horatius ait: Nec uerbum uerbo  
curabis redder fidus Interpres. Quæ

enim naturalia sunt omnibus patent, & Aeneas q̄q̄  
& sociis dare tempus humandis Præcipitant curæ:  
Consuetudo romana fuit: ut polluti funere minime  
sacrificarent: si tamen contingeret ut uno eodemq;  
tempore & funestaretur quis: & cogeret dare ope-  
ram sacrificiis laborabat ut ante sacra compleret q̄  
funus agnosceret: Vnde etiam Horatius, Puluillus i  
capitolii dedicatione cum ab inimicis ei filius extin-  
ctus nūciaref ait: Cadauer sit: nec uoluit funus agno-  
scere donec templa dedicaret secundum quem ritum  
etiam Aeneas iducitur ante operam dare sacrificiis:  
& sic ad sociorum & Palantis sepulturam reuertit̄.  
& Præcipitant curæ: urgent, longam enim dilationē  
sepultura non patitur, & Turbataq; funere mens est:  
funere Palantis ἰστέφοχην. Nam hæc consuetudo  
est apud poetas ut a plebe segregarent duces: sic pau-  
lo post ait: Interea socios: inhumataq; corpora terræ  
Mandemus: & intulit Mcestamq; Euandri primus  
ad urbem Mittatur palas: sicut dictum est: Reliqui  
as danaū atq; immitis achilli. Item Forsitan & pria-  
mi fuerint quæ fata requiras, & Primo uictor solue-  
bat eoo: anteq̄ luctum subiret & funestaret: primo  
autem eoo subaudimus tempore. Nam græce ἠώς  
dicitur: quā nos Auroram uocamus. Homerus πο-  
δοδωντύλος ἠώς: quod nomen latini traxerunt p̄  
deriuationem ut dicerēt: Et lætus eois Eurus equis:  
Item Eoasq; acies. Sane ut etiā supra diximus in hoc  
sermone prima syllaba naturaliter longa est: sed cū  
opus fuerit corripitur aut licetia nominis proprii:  
aut quia eam uocalis sequitur, & Constituit tumulo  
in colle: quia trophæa non figebantur nisi in emi-  
nentioribus locis. Salu. de Pompeio: Deuictis hispa-  
nis trophæa in Pyrenæis iugis cōstituit: ex quo mo-  
re trophæa in urbibus figebantur i arcibus exadi-  
ficatis. Ideo nūc trophæum ponit Aeneas: q̄a necdū  
plenam est uictoriam consecutus: sed occiso Mexen-  
tio fugauit exercitum. Plenæ enim uictoriæ (ut su-  
pra diximus) triumphus debetur: & persoluitur uo-  
ta uel pp̄ tati ducis iteritū: uel q̄a fas erat ēt deprimi-  
tis sacrificat̄. & Tibi magne trophæū bellipotēs: hoc  
per parēthesim dictū ē, & Aptat: apte locat: & p̄grue.  
C̄CHRI. Turbataq; funere mens est: nam cum  
cuperet iuxta exhibere iis qui bene de rep. meriti oc-  
cubuerant: tamen ne funere pollueretur anteq̄ sacra  
diis immortalibus ex uotis susceptis perficeret: non  
poterat nō turbari: Vel dicamus præcipitanti: id est  
præcipitem agūt curæ: quoniam qui uictoria recte  
uti nesciunt: p̄sæpe nequiq; uicerunt: ergo cupiebat:  
& diis immortalibus: ut par erat sacra exhiber: capie-  
bat & funera: quæ dilationem non patiuntur procu-  
rare: sed nec cura prosequendæ uictoriæ omittenda  
erat. Maxime autē turbabatur funere quia iniquissi-  
mo animo ferebat cede suorum præsertim palan-



**CSER.** Telaq; trunca uiri: praefacta. Ita enim in trophaeis poni consueuerunt. Iuue. Et fracta de casside buccula pendens: Et curtū temone iugū: uictaq; triremis Aplustre. Et bis sex thoraca petitū Perfossūmq; locis: duo/decim uulneribus appetitū: quia (ut supra dixit) totius Thusciae populus in duodecim partes fuit diuisus: ut Gēs illi triplex populi sub gente quaterni: qui singulis lucumonibus parebāt. Moris autem fuit ut iteremptos duces omnis uulneraret exercitus: sicut etiam de Hectore Homerus commemorat.

ΟΙ ΚΑΙ ΘΗΝΣΑΥΤΟ ΦΟΗΥ: ΚΑΙ ΕΙΔΟΣ ΑΥΗΤΟΝ

Vnde est: Quæ circū plurima muros Accipit patri/ os. Clypeūq; ex ære: figuratius q̄ si æreū diceret. Et Ensem collo suspēdit eburnū: uaginā eburneā. Sane ebur eboris facit non eburis: sicut murmur mur muris: unde quia in principalitatis declinatione uarietas iuenitur: & deriuatio uaria est. Nā eburnus facit ab eo quod est ebur: eburneus: ab eo qd' est eboris. Maxima res effecta uiri: occiso tāto duce: simul etiam trophaei ostēdit cā. Abesto: absit. Nā tertia persona est. Quod superest: de reliquo: & est abfoluta elocutio. Et de rege supbo Primitiæ: aut hoc dicit primitiæ istā q̄s fecimus nō de plebe sunt: sed de rege supbissimo: aut certe superbū regē Turnū accipiamus: Nam de ipso legimus: Aut rutulo abcessū iuuenis tū iussā supba mirat: ut sit sensus: hæc spoliā & hanc primā belli partē supbo Turno sustulimus. Nā hoc epitheton propriū Turni: est qd' ei Virgī, pingēti scelere dat. Apud enim maiores supbia ingēs facinus fuit: adeo ut Tarquinius pro multis sceleribus superbi nomē acceperit. Mezentius hic est: talis: ut Hūc ego te euryale aspicio. Murosq; latios: iam cāpestri superauimus plio: restat ut etiā obsidione uincamus. Credit enim q̄ sibi iam aperte nullus occurrat: nec inaniter. Nam & paulo post dicturus est Turnus: Furta paro belli: & in duodecimo Latinus: Vis urbe tuemur Spes italas. Arma parate animis: aut hypallage ē pro armis parate animos: Aut certe mutanda est distinctio: ut sit animis & spe præsumite bellū: mēte p̄ occupate: ut supra Turnus: Et pugnā sperate parari. Bene autē ait præsumite: q̄ si rē iam sui iuris: ut ei debere uideatur certa uictoria. Vellere signa Annuerint superi: ne in mora sitis: cū captatis auguriis ad bellū exire cœperimus. Vellere autem pprie dixit: quia Romana signa figebātur in castris: & cū ad bellū eundū fuisset captis auguriis euellēbant e terra. Nā alibi ea figi non licebat: sed inter auguria etiā hoc habebatur: si auellentē facile sequerent: adeo ut cū filio in Arabis particho bello sit Crassus occisus: qui iturus ad præliū auellere signa uix potuit. Interea socios: donec obsidionis tempus adueniat. Qui solus honos acheronte sub imo est: propter Centum erant annos: uolitantq; hæc littora circum: & bene acheronte sub imo: quia hæc res ad umbras tantum pertinet. Nam apud prudentes homines nullius momenti sunt ista.

**CDONA.** Recte diis cōsecrat eius arma q̄ deos semp cōtēpsit. Bis sex: q̄ta uis fuit istius q̄. xii. plagis occidi nō potuit: nā in apto iugulo periit. Nūc iter ad regē: nō. n. uult tūc eē cōsultandū de bello cū plū erit gerēdū.

**CHRI.** Bellipotens in mars: nō enim filiū: ut Mezentius Lausum trophaeo honestare uolebat: sed deū cuius beneficio uictoriā assecutus fuerat. Maxima res: nihil potuit accōmodatius proferri. Erāt enim milites anxii uehementer de futuro: & non sine summo timore nam nō sine sanguine fugauerant hostes: & adhuc superer Turnus & Latinus: Hortatur igitur quoniam ipsum optimum initium rei bene agende plus q̄ dimidium totius esset. Primitiæ & de rege superbo: Hoc exposui paulo ante. Mezentius hic: id est in nostra potestate quæ quidem res magna est. Haber. n. emphasim mezentius. q. d. tam metuendus rex nunc iter ad regē. q. d. superato exercitu campestri uia ferro nobis ad ipsam urbem aperuimus. Maxima ergo rex perfecta cum uicto exercitu urbs obsideri possit. Arma parate animis: non enim iubentur arma induere: nunc erat humani socii: & nō pro pugnādum: sed sint animis uiri parati ad rama q̄ primū capienda cum opus fuerit. Interea socios: hoc aut pronunciat: ut non solum peremptis satisficiat: uerū ut exemplo uiuentes accendat ad rem strenue agendam.

**CSER.** Egregias animas: ingenti arte laudat potius q̄ misereatur extinctos: ut præsentium animos in bella succendat. Quem non uirtutis egentem: Ennii uersus est. Funere merfit acerbo: immaturo translatio a pomis. Qui parrhasio euandro: arca dico a ciuitate Arcadiæ: quam Donatus uult a parrha dictam: quod procedit si Parrha nomen est græcum: Si autem latinum est: stulte sensit. Nam græcum nomen latinam etymologiam non recipit. Ibat: pro ierat. Alumno: alumnus ē q̄ græce τροφίμος dicitur: qd' nomē q̄ latinū nō ē: ut ab eo qd' ē nu-

ΕΝΤΟΡΟΣ ΟΥΔ ΑΡΑ ΟΙΤΙΣ ΑΥΟΥΤΗΤΙ ΥΕ ΠΑΡΕΣΗ

Telaq; trunca uiri: & bis sex Thoraca petitum Perfossūmq; locis: Clypeūmq; ex ære sinistrae Subligat: atq; ensē collo suspēdit eburnum. Tum socios (nanq; omnis eum stipata tegebat Turba Ducum) sic incipiens hortatur ouātes. Maxima res effecta Viri: timor omnis abesto Qd' superest: hæc sunt spoliā: & de rege supbo Primitiæ: manibusq; meis Mezentius hic est. Nunc iter ad Regem nobis: murosq; Latinos. Arma parate animis: & spe præsumite bellum: Nequa mora ignaros: ubi primū uellere signa Annuerint Superi: pubemq; educere castris: Impediat: segnesq; metu sententia tardet. Interea socios: inhumataq; corpora terræ Mādemus: q̄ solus honos Acherōte sub imo ē.

Ite ait: egregias animas: quæ sanguine nobis Hæc patriam peperere suo: decorate supremis Muneribus: mcestaq; Euādri primus ad urbē Mittatur Palas: quem non Virtutis egentem Abstulit atra dies: & funere merfit acerbo. Sic ait illachrymās: recipitq; ad limia gressum Corpus ubi exanimi positum Palantis Acetes



Seruabat senior: qui Parrhasio Euandro  
 Armiger ante fuit: sed non felicibus æque  
 Tū comes auspiciis caro datus ibat Alumno.  
 Circū oīs famulumq; man<sup>9</sup>: Troianaq; turba:  
 Et mœstum Iliades crinem de more solutæ.  
 Vt uero Aeneas foribus sese intulit altis:  
 Ingentem gemitum tunsis ad sydera tollunt  
 Pectoribus: mœstoq; immugit Regia luctu.  
 Ipse caput niuei fultum Palantis: & ora  
 Vt uidit: leuiq; patens in pectore uulnus  
 Cuspidis Ausoniæ: lachrymis ita fat' obortis:  
 Te ne inquit miserande Puer: cū læta ueniret:  
 Inuidit fortuna mihi: ne regna uideres  
 Nostra: nec ad sedes uictor ueherei paternas:  
 Non hæc Euandro de te promissa parenti  
 Discedēs dederam: cum me complexus euntē  
 Mitteret in magnū iperū: metuensq; moneret  
 Acres esse uiros: cum dura prælia gente:  
 Et nunc ille quidem spe multum captus inani  
 Fors & uota facit: cumulatq; altaria donis.  
 Nos iuuenē exanimū: & nil iā cælestibus ullis  
 Debentem: uano mœsti comitamur honore:  
 Infelix Nati Funus crudele uidebis.

tuna mihi: ut Liber pampineas inuidit collibus umbras. ¶ Discedens dederant: κατὰ τὸ σιωπῶντων hoc intelligimus. Nam abscedens nusq; est Euandrum allocutus Aeneas. ¶ Cum dura prælia gente: subaudimus fore. ¶ Fors & forte etiam uota suscipit: Potest & unum esse Fors: & idest forsitam. ¶ Cumulatq; altaria donis: & sacrificat: & suscipit uota. Naturaliter autem quæritur de errore mentis humanæ. ¶ Nil iam cælestibus ullis Debentem: uiui enim superiorum sunt: mortui ad inferos pertinent: unde in. vii. Vos o mihi manes este boni: quoniam superis auersa uolūtas. Superis autem debemus omnia donec uiuimus: ideo quia ut dicunt phisici cum nasci cœperimus: sortimur a Sole spiritum: a Luna corpus: a Marte sanguinem: a Mercurio ingenū: a Ioue desiderium: a Venere cupiditates: a Saturno humorem: quæ omnia singulis reddere uidemur extincti. ¶ Vano mœsti comitamur honore: inani ut supra diximus quantum ad uiuos pertinet: nam talia de mortuis fiunt ad solatiū supstitū: ut est apud Cicero in catone maiore Solonis quidē sapientis elogiū est quo se negat uel le suam mortem dolore amicorum & læmentis uacare: uult credo se esse carum suis.

CDONA. Puerum dixit palanta: ut uictoris minueretur gloria: nam alibi Iuuenem dixerat.

CHRI. Quæ sanguine nobis Hæc patriam peperere suo: Duas ualidissimas causas proponit quibus egregio funere decorandi sint ostendat: & quod suo sanguine eam uictoriam pepererunt qua qui superstites sunt adepti sibi sint in Italia sedes: q; & hic honos nouissimus ultimusq; sit: Et quoniam Palas externus homo: & a cuius patre profugus & sine regno liberalissime acceptus fuerat: & auxilio consilioq; subleuatus eandem operam quam ciues præstiterant præcipuum illi & regio filio adolescenteq; fortissimo dignum funus parat. Verum ita uniuersam hanc rem profequitur poeta: ut nihil miserabilius explicari possit. Nullumq; locum omittit: unde aliqua possit educi commiseratio quem non tractet & grauissime & copiosissime. Primum enim propriis lachrymis omnia miseranda facit. Quis enim non mœrore afficiatur lugente rege mouet deinde pathos ab ætate: nam cum hætenus Euāder foelicissimus fuerit: nunc demum senio confectus in adolescentem spem unicam patris infœlicissimus sit factus: Mouet a luctu atq; ululatu omnium circumstantium. Maxime autem mouet a pulchritudine Palantis & ætate. Nam cum natura duce maxime amemus pulchritudinē uehementer dolemus eam in tenera ætate ita crudeliter extingui: ut pulcherrimum pectus durissimo ferro sit transfossum. Mouet ab oratione Aeneæ qui in primis inuehit in iniquitatē fortunæ qui illum tam optime de se meritum rebus suis paulopost foelicissimis futuris ita inuidæ atq; crudeliter præripuerit ut sua uirtute partis frui nō potuerit: nec q; illi pro triumpho fuisset in patriam uictor non potuerit redire. Maxima autem est illa commiseratio q; & ipse & Euander præter spem in tantam calamitatem inciderint. Nec parum momenti est in eo q; tam anxie Euander illum commendarit. Nam timorem maximum ostendebat.



**C**SER. Hi nostri reditus: tale est: ut manibusq; meis mezentius hic est. Hæc mea magna fides: *ἵκετα τό σιωπῶμενον*: quam de Palantis reditu promiserat patri. Pudendis uulneribus: a tergo illatis: & est consolatio. Nec sospite: pro sospiti: antiptosis est. h. d. Si fugisset uulneratus a tergo ipse ei optares interitum. Hæc ubi defleuit: id est postq; hæc cum lachrymis dixit. Flere enim est cum uoce lachrymare. Vnde habemus in sexto: Continuo auditæ uoces uagitus & ingens Infantumq; animæ flentes in limine primo. Toto lectos ex agmine Troianos: Tustos: Arcadas. Exigua: quis enim magna sint orbitati patris prodesse non possunt. Pheretrum: græce φερτρον dicitur. Vnde per diæresim phertron pheretrum facit. Nam latine capulus dicitur. Vnde ait Plautus: Capularis senex: id est uicinus capulo: qui dicitur capulus ab eo quod corpus capiat. Vimine querno: sunt aliqua duræ deriuationes: tamē eis sic utimur cū adiunctiōe alterius nominis: ut quernum uimē. Item columnā ueru: ut Pinguiaq; in ueribus torrebimus exta columnis: ficulnū lignū ut Horatius: Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Item a prugnum callum pro aprinum. Optentu frondis inumbrant: ueluti cameram quandā capulo ramorum extensione fecerunt. Agresti sublimem stramine ponunt: hoc est super frondes ponunt. Nam hic reddit quod omiserat supra dicens Extructos toros: nec addēs unde. Demessum: participium est ueniens ab eo quod est metor: Sane ab eo quod est meto: præteritum perfectum messui facit. Sua forma recessit: propria pulchritudo. Auroq; rigentes: unumq; uacat: & est additum hiatus causa. Læta laborum: figura est Lætus illius rei. Nam modo dicimus Lætus labore. Discreuerat: depinxerat: simul amatis affectus ostenditur. Harum unam: de duobus: & horum alterum: & horū unum possumus dicere. Nam artigraphi hoc tantū uetant: ne de duobus alium dicamus: quod de multis proprie dicitur. Sane figurate dixit uestem induit: ut Exuuias indutus achilli: cum in usu sit Induit illa re: ut Indutusq; iubet truncos hostilibus armis.

**C**CHRI. Hi nostri reditus: quasi dicat quantū falsi sumus a nostra opinione. Hæc mea magna fides: Conqueritur fidem suam esse imminutam. At non euandre: & hoc mouet pathos. Hæc ubi defleuit: egregius & excelso animo uir qui tantum tribuit luctui quantum exigit humanitas. Deinde præparat id funus quod Euandro in tāto mœrore aliquā posset afferre consolationem: Sed plorat postremū damnum filii ex morte palantis. Lectos mille uiros ex toto agmine: Singula uerba: ingens pōdus habet. Eligunt enim non ex una altera ue ala aut cohorte: sed ex toto exercitu: & legit mille ut pompa esset numerosa & legit uiros: id est homines fortissimos: qui & comitentur funus: & patrem cōsolarētur. Solatia exigua ingentis luctus: declamatio a cōtrario est exiguū & ingens q̄ ostenditur quātus in parente luctus fuerat. Sed debita: quasi dicat quāuis uideret. Aeneas q̄ parum proficeret tanto apparatu: tamen debitum officium non censuit prætereundum. Crates & arbuteas uirgīs: ponit quia res in tanto rerum momento summam celeritatē desiderans: artificium nullum expectare non poterat: sed hæc omnia agrestia & extemporanea magnifice exornata sunt preciosis uestibus superimpositis. Ergo nec mora fuit miseratio fabricando: nec magnificentia uestium ad ornatum defuit. Stramine: & frōdes & paleas: & quicquid ea gratia substernimus: ut quod superimponendum mollius excipiat. Qualem uirgineo: optima comparatio: nam ut flos nuper succisus & si languescat non statim a mittit pulchritudinem: sic palantis pulchritudo non statim discesserat: ex ista autem comparatione summam citat commiserationem. De uiola autem & hyacinto diximus in Bucolicorum & Georgicorum. Mater alit: nam humore terrestri alunt plantæ: quem radicibus suis sugūt: & uim stomachi præbentes de quoquunt: & in alimentum conuertunt. Ostro auroq; rigentes: sæpe poetæ duo uni uerbo adiungunt: quorum alterum nō quadrat: ut in Georgicis Tenues pluuiæ & penetrabile frigus adurat: nam frigoris ut & caloris adurare est: sic hoc loco uestis ex purpuræ infectura non riget: id est nō redditur inflexibilis: ex multo autem intertexto auro riget. Laudat: autem uestes a materia: qui ex purpura esset & auro laudat ab artificio ac postremo ab auctoritate donatoris.

Hi nostri reditus: expectatiq; Triumphi:  
 Hæc mea magna fides: at nō Euandre pudēdis  
 Vulneribus pulsum aspicias: nec sospite dirū  
 Optabis nato funus Pater: hei quantum  
 Præsidium Ausonia: & quātum tu perdis Iule.  
 Hæc ubi defleuit: tolli miserabile corpus  
 Imperat: & toto lectos ex agmine mittit  
 Mille uiros: q̄ supremū comitentur honorem:  
 Interfintq; patris lachrymis solatia luctus  
 Exigua ingentis: misero sed debita patri.  
 Haud segnes alii crates: & molle Pheretrum  
 Arbuteis texunt uirgīs: & uimine querno:  
 Extructosq; toros optentu frōdis inumbrant.  
 Hic iuuenem agresti sublimē stramine ponūt.  
 Qualem uirgineo demessum pollice Florem  
 Seu mollis Violæ seu languentis Hyacinthi:  
 Cui neq; fulgor adhuc: nec dū sua forma recessit.  
 Nō iā mater alit Tellus: uiresq; ministrat. (sit.  
 Tum geminas uestes Ostroq; Auroq; rigētes  
 Extulit Aeneas: quas illi læta laborum  
 Ipsa suis manibus quondam Sidonia Dido  
 Fecerat: & tenui telas discreuerat Auro:  
 Harum unā iuueni supremū mœstus honorē



**C**SER. Arsurasq; comas obnubit amictu: harū unā induit Iuueni: altera caput eius uelauit: Nā supra dixit duas uestes: esse latas. Obnubit autē uelauit: trāslatio a nubibus: quibus tegitur cælū: unde & nuptia dicuntur: quibus nubentium capita uelentur. Laurentis præmia pugnae: mittit præmia: quæ de præda Laurentis pugnae sustulerat: nam præda est quæ eripitur: præmium quod offertur. Equos & tela quibus spoliauerat hostem: uel Palas: uel Aeneas: nam ambigue positum est. Spolia autem cum ea tantum sint quibus hostis spoliari potest ut lorica uel uestis. Abusue etiam spoliū dicitur: quicquid ab hostibus tollitur: unde est Postq̄ illum uita uictor spoliavit achilles. Vmbris inferias: propria: nā inferiæ sunt sacra mortuorū. Cæso sanguinæ: pro cæso: ut supra: Captiuoq; rogi pfundat sanguine flammās. Ipsos ferre duces: suos scilicet qui illis mille præerāt. Melius tamen est: iubet truncos ferre ipsos duces: hoc est ducum spolia: ut Trophæa ipsos duces dixerit: sicut supra: Manibusq; meis mezētius hic est. Inimicaq; nomina figi: inimicorum. Dicit autem affixos trophæis titulos cum nominibus occisorum. Ducif infelix æuo confectus Acetes: quasi qui consternatus nimio dolore ire non poterat: & bene ex rerum permutatione expressit doloris magnitudinem dicens ita doluisse Acetē: ut pene carēs humano sensu per se ire non posset: & equū ita sensisse iteritum domini: ut in humanū migraret affectum. Nam & lachrymabat: & sponte sequebatur cadauer. Foedās: uel cruētans: uel lacerans. Terrā: in terra. Positis insignibus: sine phaleris. Quod autem equum dicit lachrymare non mirum est: cum Home, etiam diuinantem induxerit: Xanthū Achillis equū mortē, και λιη σέτι νυν γε σαωσομέν: οβριμοχιλλεος αλλα τοι εγγυθεν ημαρολεβριον ουδετι ημεις αιτιοι: αλλα θεος τεμεγας και μοι ρα ηραταιη. Et paulo post, αλλα σοι αυτω, μορσι μου εσι θεοθε και ανερι ιφι λαμηναι.

Induit: arsurasq; comas obnubit amictu:  
 Multaq; præterea Laurentis præmia pugnae  
 Aggerat: & longo prædam iubet ordine duci:  
 Addit equos: & tela: quibus spoliauerat hostē:  
 Vixerat & post terga mās: quos mitteret um  
 Inferias cæso sparsuros sanguine flāmā: (bris  
 Indutosq; iubet truncos hostilibus armis  
 Ipsos ferre duces: inimicaq; nomina figi.  
 Ducitur infelix æuo confectus Acetes  
 Pectora nūc foedās pugnis: nūc unguibus ora:  
 Sternitur & toto proiectus corpore terrā:  
 Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus.  
 Post bellator equus positus insignibus Aethon  
 It lachrymās: guttisq; humectat gradibus ora.  
 Hastam alii: Galeāq; ferūt (nā cætera Turnus  
 Victor hēt) tū mœsta Phalāx: teucricq; sequun  
 Tyrhēiq; duces: & uersis Arcades armis. (tur:  
 Postq̄ omnis lōge comitum præcesserat ordo:  
 Substitit Aeneas: gemituq; hæc addidit alto.  
 Nos alias hīc ad lachrymas eadē horrida belli  
 Fata uocant: Salue æternū mihi maxime Pala:  
 Aeternumq; uale: nec plura effatus: ad altos  
 Tendebat muros: gressumq; in castra ferebat.

πρωερον & alia ei sustulisse intelligamus: nō tantū balteū: ut legimus supra. Phalanx: lingua Macedonū legio. Quod autē ait mœsta: Arcadas intelligimus unde infert Teucricq; tyrhēniq;: & hoc est quod ait supra: Et toto lectos ex agmine mittit Mille uiros. Versis arcades armis: lugentum more mucronē hastæ non cuspidē cōtra terram tenentes: scuta etiā iuertētes pp numina illic depicta: ne eorum simulacra cadaueris polluerentur aspectu: ut nonnullis frustra placet. Nam lugentum mos est prioris habitus immutatio. Alias hinc ad lachrymas: ad aliam sepulturam. Salue æternum mihi maxime pala: Aeternūq; uale: Varro in libris logistoricis dicit: ideo mortuis salue & uale dici: non quod ualere: aut salui esse possint: sed quod ab his recedimus eos nunq̄ uisuri. Hinc ortum est ut etiā male dicti significationem interdū uale obtineat: ut Terētius ualeant qui inter nos disfidium uolunt: hoc est ita a nobis discedant: ut nunq̄ ad nostrum reuertātur aspectum. Ergo cum mortuo dicitur uale: non etymologia consideranda est: sed consuetudo: quod nullis uale dicimus: nisi a quibus recedamus. DONA. Quibus spoliauerat hostem: Ambigue dictum uel quibus usus fuerat dum hostes interimeret: uel quibus uictor hostes spoliavit: Vltima tamen sententia melior est.

**C**HRIS. Multasq; spēm pene triumphī adhibuit. Quibus spoliauerat: Palas potius quā æneas. Vixerat: nam captiuos hostes ad sepulcrum ducis interfecti iugulabant. Inde sequentibus temporibus damnati capite pugnare in magnorum uiroꝝ funere cogebātur ut essent qui sanguinem spargerēt donec gladiatores puererūt. Indutos truncos: Ad quādā trophei spēm. Ipsos duces: Vt maiorē auctoritatem haberet res uel duces funeris intellige. Ducif infelix æuo confectus acetes: Pathos ab ætate: sic illud Et fauni miserere senecte. Aethon: nomen equi pallantis deductum ab uno ex equis solis. Erat enim Pyrois: Eous: Aethon: & Phlegon quod autem eum ex desiderio domini illachrymātē scribit non omnino poeticum est: nam equos & uictoria exultare atq; efferrī & læticiam ostendere & cum uicti fuerint summo mœrore confici etiam qui naturalem historiam tradidere affirmant: nam Plinius. Præstāgium pugna & amissos lugent dominos: lachrymasq; interdum desiderio fundunt interfectoq; Nicomede rege equus eius desiderio uitam finiuit: ac multa alia in eandem sententiā ponit.



Aeneidos

**ESER.** Oratores: legati a peroratio pro re publica nominati. **Vrbe latina:** pro Latini, de Lauro lauino. **Ve lati ramis oleae:** non coronati. **Nec, n. lugentes decebat:** sed instructi & ornati: id est in manibus oliuae ramos feretes: sic Homerus.

ΣΕΜΜΑ ΤΕΧΩΝ ΕΝ ΧΕΡΣΙΝ ΕΝΗΘΟΛΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

**Velari aut ornari:** ut illo loco significat Victori uelatum auro uittisq; iuuentum: cum uittis non aut uelent aut coronent uictimae: sed ornent. **Veni atq; rogantes:** pro beneficiis. **Ferro q; iusa:** modo iterum: alias fugata: sed discernunt epithetis: ut si dicas ferro fusus est uel metu fusus. **Redderet:** ostendit iam posse in Troianorum esse parte. **Et**

**aethere cassis:** uacuis: unde & retia casses dicitur. **Hoc autem bene addidit q; uicti possunt inouare certamen.** **Haud aspernanda:** iusta non contemenda. **Sepulturae:** in beneficiis generaliter debetur uniuersis. **Insuper addit:** accumulatur uerbis beneficiis dicens: pacem se etiam uiuis uelle praestare. **Pacem autem ideo defunctis:** quia ait: **Nullum cum uictis certamen & aethere cassis:** & mortuorum pax sepultura est: unde elegit uerbum utrisq; aptum. **Quenam:** quanta & qualis: nam mirantis est: nec enim dubitat: cum ipse dicat indigna. **Implicuit:** inuoluit iuitos. **Nec ueni:** nec uenissim: tempus pro tempore. **Nec bellum cum gente gero:** sed cum Turno: per quod eorum captat fauorem. **Huic morti:** ΔΕΙΝΤΙΝΩΣ: quasi ostendit iacentes. **Si bellum finire manu:** hoc est enim interemptio: potest enim & pace finire. **Vixet:** pro uixisset: & est syncope. **Deus aut sua dextra dedisset:** uictoria uel uitam: quia duplici ratione constat uictoria: aut uirtute: aut uoluntate fortuna. **Miseris ciuibus:** quasi aliena culpa pereuntibus. **Obstipuerunt silentes:** id est obstupescunt: & silere coeperunt. **Tunc senior:** cui ab aetate praestabatur auctoritas. **Odis & crimine draces:** Inensus iuueni Turno: aut per suum crimen: id est inertiam: quam semper uirtuti constat esse contraria: aut Turni crimine qui tot uiris mortis causa extiterat. **Orsa refert:** cepta uerba. **O fama ingens ingentior armis frustra ait Dona:** hoc nomen de his est: quae non recipiunt comparationem. **Nam quia augmentum recipit etiam comparatur.** **Alia illa sunt nomina:** in quibus est dubitatio utrum comparant: ut est perfectus: quia si uelis comparare incipit perfectus non esse perfectus. **Caelo te laudibus aequet:** pro his qui in caelo sunt: id est diis: ut **Ceruleus thyrbris caelo gratissimus amnis.** **Iustitiae ne prius mirer belli ne laborum:** figura graeca miror illius rei: & regno illius rei: ut **ἀύμαξίω ενεί του: και ορχω ενεί του.** **Vnde Horatius ait:** Et qua paupere daunus agratum regnauit populorum: pro agrestibus populis.

**DONA.** Miseris: qui non in suo: sed in Turni negotio perierant.

**CHRISTIANI.** Iam oratores: ostendit quae ampla fuerit uictoria cum ita se uictos hostes fateretur ut statim ad pacem petendam sese submitterent. **Ostendit etiam quantum unius uiri auctoritas possit:** nam absentia Turni haec pene omnia euenerunt. **Nullum cum uictis certamen & aethere cassis:** Grauissimus locus: & qui plurimum apud eum uirum in quo recta ratio ualeat: omnem perturbationem supprimeret. **Quapropter primo congressu placatus est Aeneas.** **Prosequitur uenia:** quasi dicat statim donat ueniam. **Qui nos fugiatis:** nam cum & se & illos excusare uelit: reicit culpam in fortunam: & re uera latinus societatem expetiuerat troianorum: & ipse aeneas nihil aliud tenebat: sed iniquitate fortuna a Turno in bellum impulsus fuit. **Et uiuis concedere: uel sententia est.** **Vellem ipsos non fuisse extinctos:** ut uiuentibus pacem dare possem: uel dicit ita: **Omnia caesis remitto:** ut etiam cum uiuentibus conuenire cuperem. **Nec ueni:** quasi dicat non fuit causa ueniendi ut uos debellarem: sed ut quem fata locum dabant acciperem. **Hinc sequitur ut non geram bellum cum latinis:** quos incolumem esse cupio: sed cum rege uestro a quo terris fatalibus prohibeor: tandem omnem culpam in Turnum reicit acumulatq; inuidia qui cum belli causa fuerit a pugna discesserit. **Conuersiq; oculos inter se:** Quo signo tacite ostendebat admirari. **O fama ingens:** Multis dura aduersaria constituta est fama cum ipsi re correspondere non possint. **Ergo magna laus aeneae qui famam superet.** **Quibus laudibus aequem troiane caelo:** quasi dicat quibus uerbis possum promere laudes tuas quibus te caelo: caelestibus diis aequari potes: cum autem iustitiam & bellum ponat: ostendit illum & in pace & in bello optimum esse quibus ciuili homini nihil maius tribui potest haec autem duo ita magna esse affirmat: ut non possit discernere utrum maius. **Grati:** me mores beneficii accepti de humanis caesis.

Iamq; Oratores aderant ex Vrbe Latina  
Velati ramis Oleae: ueniamq; rogantes.  
Corpora per campos ferro quae fusa iacebant  
Redderet: ac tumulo sineret succedere Terrae:  
Nullum cum uictis certamen: & Aethere cassis:  
Parceret hospitibus quondam: focerisq; uocatis,  
Quos bonus Aeneas haud aspernanda precantes  
Prosequitur uenia: & uerbis haec insuper addit:  
Quenam uos tanto Fortuna indigna Latini  
Implicuit bello: qui nos fugiatis amicos?  
Pacem ne exanimis: & Martis sorte peremptis  
Oratis: equidem & uiuis concedere uellem:  
Nec ueni: ni Fata locum: sedemq; dedissent:  
Nec bellum cum gente gero. Rex nostra reliquit  
Hospitia: & Turni potius se credidit armis.  
Aequus huic Turno fuerat se opponere morti:  
Si bellum finire manu: si pelleret Teucros  
Apparat: his decuit mecum concurrere telis.  
Vixet: cui uitam Deus: aut sua dextra dedisset:  
Nunc ite: & miseris supponite ciuibus ignem.  
Dixerat Aeneas: olli obstipuerunt silentes:  
Conuersiq; oculos inter se: atq; ora tenebant.  
Tum senior: semperq; odium: & crimine Draces  
Inensus iuueni Turno: sic ore uicissim  
Orsa refert: O fama ingens: ingentior armis  
Vir Troiane: quibus Caelo te laudibus aequet?  
Iustitiae ne prius mirer: Belli ne laborum?  
Nos uero haec patriam grati referemus ad urbem:



**CSER.** Siqua uia: idest rationem, & Dederit fortuna latino: & bene cum exceptione pollicetur dicens: si uoluntate nostra fortuna comites, & Fœdera Turnus: uel coniugis uel amicitiarum, & Fatales moles: quia audiuerat: Nisi fata locum sedem dedissent, & Saxa troiana: ambitiose ait quod si troianis fataliter debita, & Pepigere dies: pacti sunt ab eo quod est pacifcor & pepigi & pactus sum facit: sicut ab eo quod est parco & parsi & pepercit, & Pace sequestra: media & temporalis: Nam sequester est medius inter duos altercantes: apud quem aliquid ad tempus se ponitur, Pace ergo sequestram inducias dicit: idest pacem temporalem: & mediam inter bellum præteritum & futurum, & Mixtiq; impune

Et te: si qua uiam dederit Fortuna: Latino  
Iungemus regi: quærat sibi fœdera Turnus.  
Quin & fatales murorum attollere moles:  
Saxaq; subuectare humeris Troiana iuuabit.  
Dixerat hæc unoq; omnes eadē ore fremebāt.  
Bis senos pepigere dies: & Pace sequestra  
Per siluas Teucris: mixtiq; impune Latini  
Errauere iugis. ferro sonat alta bipenni  
Fraxinus: euertunt actas ad sidera Pinus.  
Robora: nec cuneis: & olentē scindere Cædrū:  
Nec plaustris cessat uectare gemētibus Ornos.  
Et iam Fama uolans tanti prænuncia luctus  
Euandrum: Euandriq; domos: & mœnia replet.  
Quæ modo uictorem Latio Palanta ferebat.  
Arcades ad portas ruere: & de more uetusto  
Funereas rapuere faces: lucet uia longo  
Ordine flammaram: & late discriminat agros.  
Contra turba Phrygum ueniēs plāgētia iugit  
Agmina: quæ postq; matres succedere tecto  
Viderūt: in cœtam incēdūt clamoribus Urbē.  
At non Euandrum Potis est uis ulla tenere:  
Sed uenit in medios: Pheretro Palante reposto  
Procubuit super: atq; hæret lachrymansq; ge  
Et uia uix tādē uoci laxata dolore ē: (mensq;  
Non hæc o Pala dederas promissa Parenti  
Cautius ut sæuo uelles te credere Marti.  
Haud ignarus erā: quātū noua Gloria in armis  
Et prædulce decus primo certamine posset:  
Primitiæ Iuuenis miseræ: belliq; propinqui  
Dura Rudimenta: & nulli exaudita Deorum  
Vota: præcesq; meæ: tuq; o sanctissima cōiux  
Felix morte tua: neq; in hunc seruata dolorem.

sequestra: sequestrē eū appellamus: cuius fidei credit rex de quo cōtrouersia pendet: donec certū decernat: & a quadā similitudine inducias pacem sequestram appellat, & Quæ modo uictorē: ex qua re ostenditur quod uaria mutabilisq; sit fortuna quod est instabilis, & Arcades ad portas ruere: distributio est: nam magnus luctus fuit uirorū funeri occurrētium: maior mulierū intra urbē: maximus autē Euandri cui a principio uocē dolor præripuit, & Nō hæc o palanta: inde exorsus est: unde dolor proueniebat, & Haud ignarus erā: oratio: hæc artificio summo exornata cuius uires facile ex similibus hactenus interpretatis orationibus facile intelligemus, Accusauerat natum qui sibi inobtemperans fuisse: nunc ostēdit nō ex impia cōtumacia: sed ex magni animi audacia & gloriæ cupiditate peccasse, & Primitiæ Iuuenis miseræ: exclamatio ē per quam cōquerit fortunā statim a principio Palanti inimicā fuisse: & prima militiæ rudimēta durissima extitisse: & sua uota minime fuisse exaudita, & Tuq; o sanctissima cōiux felix morte tua: Maximum infelicitatis argumentum: cum qui infelices fuerunt nostrarū calamitatum comparatione felices possunt appellari: ut illud O ter quaterq; beati Quis ante ora patrum & Isaac.

latini: apud maiores magna erat cura fidei: adeo ut inter Porcenā & Romanos factis induciis: cum ludicircenses in urbe celebrarentur: ingressi hostiū duces curuli certamine cōtēderēt: & uictores coronarent, & Ferro bipenni: ad epitheton transtulit nomen proprium. Nam bipennis per se plēnū est: & securim significat: ut Crebrisq; bipennibus instāt, & Robora: modo genus est ligni. nam ē inter specialia nominatum, & Plaustris gemētibus: sub pōdere sonātibus, & Quæ modo uictorē latio palanta ferebat: bene modo. Vno enim eodemq; die & fortiter fecit & periit: ut Hæc te prima dies bello dedit: hæc eadem aufert, & Arcades ad portas ruere: eos dicit quod intra ciuitatem sunt, & De more uetusto: quia antea per noctem cadauera præfunerabatur cum faculis, & Rapuere faces: raptim & festinatē tulere, & Discriminat: diuidit: unde discrimen capitis muliebris dicitur, & Incendunt: implēt: ut Clamore incendunt cælum troesq; latiniq;, & Vis ulla: nec ætatis imbecillitas: nec seueritas regia, & Pheretro palante reposto: posito Palantis pheretro: nam antiptosis est, & Non hæc o pala dederas promissa parenti Cautius ut sæuo uelles te tradere marti: duplex expositio est, Aut enim hoc dicit: non enim mihi talia permittebas: ut crederē te cautius Dimicaturum: ut intelligamus Palantē pficiscētē pmisisse patri uictoriā: cædē hostiū: plurima spolia, Qui enī hoc cogitat cautelæ obliuiscit auuiditate pugnandi: Aut certe nō pro noie nēpe accipiamus: ut in Terē. Nō tu hunc rus hinc pdisse aiebas. nōne pro nēpe: ut sit sensus, Nēpe mihi hæc dederas pmisssa discedēs quia cautius fueras dimicaturus, & In armis: apud armatū: cuius cōsiliū cupiditas uictoriæ plerunq; conturbat, & Vota præcesq; meæ: supra Fors & uota facit, & Felix morte tua: ea re felix qua cæteri dolent,

**CDONA.** Pace sequestra: sequestra: pax ea ē quod sic interponit ut nō tollat sed differat bellū, & Postq; ma uel per mulieribus posuit: uel matres eorū quod cæsi fuerāt,

**CHRI.** Siqua uia dederit fortuna: nam fortuna disiu xerat latinū ab ænea & nō cōsiliū, Ergo: de uolūtate Latini nihil dubitas fortunam quod aduersa illū disiu xerat optat ut prospera reconciliet: & sic beniuolum suum regē æneæ reddit, & Quærat sibi fœdera Turnus: in eum hæc euomit: quod si dicat nō eē habēdam rationē eius quod soli sibi seruiens: ut cōiugio potiret cæterorum salutē in discrimē adduxit, & Pace se



**C**SER. Viuendo uici mea fata: diu uiuendo ut in Bucolicis Olycida uiui peruenimus. Vici autem mea fata per naturalem ordinem uita longiore superauit: namq; hic ordo naturalis est ut sint parentibus superstites filii. Fata ergo generalia dixit referens se ad naturalem ordinem: non ad fatum proprium. Nam fata superare nemo hominum potest: unde multi sic distinguunt. Contra ego uiuendo uici uitam scilicet filii. Nam hoc est superstes restare ut genitor: ut mea fata per exclamationem dictum sit. Sciendum tamen etiam irrationabilia dolentibus dari. Restarem: essem. Dedissem: reddidissem. Nec uos arguerim Teucris: exonerat eorum pudorem ne uideatur causa orbitatis fuisse: dicens hoc sibi fataliter debitum. Senectae: deest aetatis: nam senectas aetas dicitur. Salu. Senectas iam aetate: per se autem plenum est si senectus dicamus. Ducentem in latium teucros cecidisse iuuabit: lucrum quodam modo putat impedisse pro amicorum felicitate filium: qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus: & est a qualitate beneficii solacium. Non alio digner te funere pala: Latenter hic Aeneas ostendit pietas: qui in amici funus tanta contulit: ut praestare non possit. Tu quoque nunc stares immanis truncus in armis: sicut isti duces: de quibus haec sunt trophaea: nam supra ait: Indutosq; iubet truces hostilibus armis Ipsos ferre duces. Esset par aetas: uel mea: uel filii: Nam ad utrumque potest referri. Teucros quid demoror armis: ab armis: & hoc uidetur dicere: dimittendi sunt Troiani: ut morte Turni satisfiat doloribus meis: quod est posteriora significat. Meritis uacat hic tibi solus Fortunaeq; locus: nihil est aliud quod possit uel uirtus tua: uel fortuna praestare: nam his rebus uictoria contingit: nisi ut occiso Turno & uindictis filium: & patrem consoletis orbatum. Sed nato manes perferre sub imos: ac si diceret hanc solam esse causam: quae eum cogat ad uitae patientiam: ut filio Turni nunciatur interitus. Extulerat lucem: Asinius Pollio dicit ubique Virgilium in diei descriptione sermonem aliquem ponere aptum praesentibus rebus: ut hoc loco: quia funus & sepulturae res agit dicit extulerat. Nam & efferre est ad sepulturam ferre. Ter. Funus effertur imus. Item in quarto quia est nauigaturus Aeneas & relicturus Didonem dicit: Tithoni croceum linquens aurora cubile: quod licet superfluum sit: in multis tamen locis inuenit. Miseris mortalibus: qui sunt subiecti tot casibus. Hom. Δειλοισι βροτοισι: id est miseris mortalibus non timidis: cum δειλος & miser & timidum significet. Opera atq; labores: hoc opus & haec opera tunc dicimus quando negotium ipsum quod gerit significamus. Si autem foeminino genere dixerimus operas personas ipsas: quae aliquid faciunt significamus: ut Sal. sicut custodia dicitur quae custodit: ut Cernis custodia qualis: Nam ut hi qui custodiunt custodia dicantur usurpatum est: unde male est in usu: Custodiae audiunt. Constituere pyras: pyra est lignorum coeries: rogas cum ardere coeperit dicitur: bustum uero iam exustum uocat: quem ordinem seruat poeta dicens Constituere pyras. Inter subiectisq; ignibus atris Ter circum accensos decurrere rogos: Item Semiustaq; seruant busta. More tulere patrum: quia apud uarias gentes diuersa fuerunt genera sepulturae: inde est q; alii obruunt: alii exurunt: alii proprias remittunt ad patrias: alii per diem ut nunc isti: alii per noctem ut supra Palas: & perite has uarietates Virgi. posuit: namq; Heraclaeus qui omnia uult ex igne constare: dicit debere in ignem corpora resolui: Thales uero qui confirmat omnia ex humore percreari: dicit obruenda corpora: ut possint humore resolui. Ignibus atris: atqui ignes atris non sunt: sed epitheton traxit de negotio ut atris diceret: hoc est funebribus: ut paulo post Maestum funeris ignem: id est funebrem: nam maestus esse non potest ignis.

**C**DONA. Nihil in his uersibus dignum quod ponerem inueni.

**C**CHRI. Vici mea fata: Hyperbole est: Nemo. nisi sua fata uicit. Sed cum uolumus longam alicuius uitam dicius uixit plusq; sibi a fato concessum fuerat ut tantam uideret calamitatem. Multi. n. propter longiorem uitam in eas calamitates inciderunt: quas si prius decessissent omnino euitassent quod de Priamo testatur. Troum socia arma secutum: increpat seipsum quod non potius ipsemet in bellum processerit: & in quo praemortuus filii funus non aspexisset. Nec uos arguerim: Non tamen imputat mortem filii troianis: qui illum in bellum adduxerint: sed fato suae senectae. Illis autem debere fatetur q; post q; filio moriendum erat: cum tanta gloria mortuus fuerit.

Contra ego uiuendo uici mea Fata superstes  
Restare ut genitor: Troum socia arma secutum  
Obruerent Rutuli telis: animam ipse dedissem  
Atq; haec popa domum me: non Palata referret.  
Nec uos arguerim Teucris: nec foedera: nec q's  
Iunximus hospitio dextras: fors ista senectae  
Debita erat nostrae: quod si immatura maebat  
Mors Natum caesis Volscorum milibus ante  
Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuuabit.  
Quin ego non alio digner te funere Pala  
Quam Prius Aeneas: & quam magni Phryges: & q  
Tyrrheniq; Duces Tyrrheniq; exercitus ois  
Magna Trophaea ferunt: quos dat tua dextera le  
Tu quoq; nunc stares immanis truncus in armis: (to.  
Esset par aetas: & idem si robur ab annis  
Turne: sed infelix Teucros quod demoror armis:  
Vadite: & haec memores regi mandata referte.  
Quod uitam moror inuisam Palate perempto:  
Dextera causa tua est: Turnum Natoq; patriq;  
Quam debere uides. meritis uacat hic tibi solus  
Fortunaq; locus: non uitae gaudia quaero:  
Nec fas: sed nato Manes perferre sub imos.  
Aurora interea miseris Mortalibus almam  
Extulerat lucem: referens opera: atq; labores.  
Iam pater Aeneas: iam curuo in littore Tarcon  
Constituere pyras: huc corpora quisq; suorum  
More tulere patrum: subiectisq; ignibus atris



**ESER.** Conditur in tenebras: id est fumi obscuritate completur. Cuncti fulgentibus armis: frustra hoc epitheton notant critici quasi circum euntes rogos alia arma habere debuerunt. Cincti: instructi. Decurrere rogos: pro circa rogos currere: Bene autem ait decurrere: non decucurrere. Nam uerba quae in praeterito perfecto primam syllabam geminant: ut curro cucurri: & tondeo totondi cum composita fuerint gemina re non possunt. Nam neq; decucurri: neq; detotondi dicimus: exceptis tantum duobus do & sto. Clangorq; tubae: ante enim mortui ad tubam deducebantur: unde Persius: Hic tuba candelae: tandemq; beatulus alto

Conditur in tenebras altum caligine Caelum.  
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis  
Decurrere rogos: ter mœstum funeris ignem  
Lustrare in Equis: ululatusq; ore dedere.

Spargit & Tellus lachrymis: spargunt & Ar/  
It Caelo clamorq; uis: clāgorq; tubae. (ma.

Hinc alii spolia occisis direpta Latinis  
Coniiciunt igni galeas: ensesq; decoros:

Frenaq; feruentisq; rotas: pars munera nota  
Ipsorum clypeos: & non felicia tela.

Multa Boum circa mactantur corpora morti:  
Setigerosq; fues: raptasq; ex omnibus agris

In flammam iugulant pecudes: Tū littore toto  
Ardentis spectant socios: semustaq; seruant

Busta: neq; auelli possunt: Nox humida donec  
Inuertit Caelum stellis ardentibus aptum.

Nec minus & miseri diuersa in parte Latini  
Innumeras struxere Pyras: & corpora partim

Multa uirum terrae infodiūt: auctaq; partim  
Finitimos tollunt in agros: urbiq; remittunt.

Cætera confusaq; ingentem cædis aceruom  
Nec nūero: nec honore cremāt: tūc undiq; uasti

Certatim crebris collucent ignibus agri.  
Tertia Lux gelidam Caelo dimouerat umbrā.

Mœrentes altum cinerem: & confusa ruebant  
Ossa focus: tepidoq; onerabant aggere terræ.

Iam uero in tectis prædiuitis urbe Latini  
Præcipuus fragor: & lōge pars maxima luctus.

Hic matres: miseræq; nurus: hic cara sororum  
Pectora mœrentum: pueriq; parentibus orbi

uitis: more græco epitheton incongruum hoc loco posuit. Et longe pars maxima luctus: ualde hoc est melius q̄ quod legatur & longi. Hic matres: quia scit hæc nomina ad aliquid pertinere non addidit deflebant filios: aut maritos: aut fratres.

**EDONA.** Nihil quod non cognitu facile sit refert Donatus.

**CHRISTO.** Conditur caligine cælum: hyperbole est. Ter circum: sic enim consuetum erat apud antiquos. Spargitur: hæc oīa ostendūt ingentem luctum. Clangorq; tuba. Adultorū funera tubis efferebant. Persius. Hinc tuba candelae tandemq; beatulus alto Compositus lecto crassis luctatus amonis: in portas rigidos calces extendunt. Idem inuenies apud Home. in funere hectoris puerorum uero tibia celebrabantur. Hanc enim in Archemori funere dat Statius. quo in loco ait Lactantius hoc iubere Priscorum religionē: addit Acron quod lydiis tibiis læta: phrygiis mæsta canebantur. Et corpora partim: optima distributio nam excellentiores habebant a quibus in patriam referentur. Vulgus uero: & qui ex longinquo uenerant coaceruatim urebantur. Nam uero in tectis: miram & summo artificio comparauit uarietatem: ut cum & apud Arcades: & apud troianos: & apud latinos eundem mœrorem exprimere uellet: Tamen hæc omnia distinxit: tamē maiorem mœrorem dat latinis: quia maiore clade essent affecti.

Compositus lecto. Hinc alii spolia occisis direpta latinis: secundum suæ gentis ritum alii hostilia arma: alii peremptorū cremabāt. Feruentisq; rotas: nimio scilicet cursu: alibi: Volat ut feruidus axis. Horatius: Metaq; feruidis euitata rotis. Non felicia tela: quibus se defendere nequiuerunt. Mactant corpora morti: aut ī morte: aut morti ipsi deæ: Statius: In scopulis mors sæua sedet. Luc. Ipsamq; uocatam Quem petat e nobis mortem tibi coge fateri. Circa autem ideo: quia Home. dicit in morte Patrocli circa corpus extincti tam homines q̄ pecora immolabantur: & uno igne cremabantur. Quare sic εν του, Ψ. ad patrocli pyram.

εν δε τιθει μελιτος και αλειφατος αμφιφορας προς λεχεια νων πισυρας Δεριαυχενας ιππους:

εσσυμενωσ ενεβαλλε πυρη μεγαλασε ναχιξων. εννεα τωγ: ανσητι τραπηεης νυες ησαν.

και μεν τωυ ενεβαλλε πυρη δυο Δειρο τομησας:

Vnde est in sexto: Ossaq; lecta cado textit corinaus aheni. Raptas: raptim adductas: nā post iducias rapere nō poterāt. Aut certe raptas ante: belli scilicet tempore. Stellis aptum: coniunctum. Nec minus: et. Innumeras struxere pyras: hoc loco multis rebus ostendit immensam cædē factam esse rutulorū. Finitimos tollunt in agros: qui enim e longinquo uenerant referri nō poterant. Urbiq; remittunt: deest unicuiq; & meminit antiquæ consuetudinis. nā ante etiam homines in ciuitate sepeliebantur: quod postea Duellio consule senatus prohibuit: & legauit ne quis in urbe sepeliretur. Vnde imperatores & uirgines Vestæ quia legibus non tenerent in ciuitate habent sepulcra: deniq; etiam nocētes uirgines Vestæ licet uiuæ: tamē intra urbē in cæpo scelerato obruebantur. Nec honore: quia nec numero: nam aliud uerbum pendet ex altero. Confusa ruebant Ossa focus: aut q̄a dixit simul multos crematos: aut si ad honoratorum cadauera referas: ut supradiximus: confusa propter animalia simul concremata. Ruebant: de cineribus eruebant. Tepidoq; onerabant aggere terre: hypallage: hoc est ossa tepida. Prædiuitis:



**SER.** Iubet: uolunt: exposcūt, Ingrauat: maiorē inuidiam concitat, Testatur: testificat etiā legatorū: si dē: q̄ cū eo fuerūt, Obūbrat: subaudis Turnū tuē: defendit: & est trāslatio ab arboribus, hoc autē dicit amor reginæ ad fauorē popularē plurimū proderat Turno, Meritis sustentat fama trophæis: q̄a multos occiderat: ut ēt ipse dicturus ē, Ecce sup: insup ad cumulationē malorū, Mœsti: hoc sermōe nihil eos egisse significat, Magna Diomedis ab urbe: legif & magni, Nil dona neq; aurū: ordinē legatiōis exequit dicēs p̄fecta inani ter esse oīa: q̄ possent efficaces legatī p̄ficere auro: p̄ce: p̄missione, Pacē troiāo ab rege petēdū: sicut ēt supra diximus cū per gerūdii modū aliqd dicimus p̄ accusa/ triū elocutionē formemus necesse ē, Lucre, Aeternas quoniā p̄cnas in morte timendū, Itē Salu, Castra si/ ne uulnere introitū, Nā castra accusatiuus pluralis ē: q̄ multis errorē facit: ut uideat esse nominatiuus: q̄a neutra triptota sunt: & similis est notatiuus accusati uo, Rex ipse latin⁹: q̄ aut cōsolari debuit: aut defen/ dēdā reip̄, aliud inire cōsiliū, Fatalē aenē māifesto numine ferri: mō p̄nitiosum oībus Aenē, Māife/ sto numine, i, māifesto deorū iudicio ad Italiā uenisse numinū ira testat: quā cognoscimus tātoꝝ cæde so/ cioꝝ, Alta itra limina cogit: q̄rif cur ad priuatā do/ mū cōuocet senatus: q̄ non nisi ad publica & augura to cōdita loca cōuenire cōsueuit, Sed scimus domū Latini augurato p̄ditā: & eadē tā tēplū fuisse q̄ curiā, Nanq; in superioribus legimus tectū augustū, i, augu/ rio cōditū, inde paulopost Hinc sceptrā accipe & pri/ mos attollere fasces: Regibus omen erat hoc illis cu/ ria tēplū: Merito ergo ad domū regis: q̄si ad publicū locū cōuocat senatus: Nā ait in, vii, Tali intus templo diuū patriaq; latinus Sede sedens, Iccirco ēt in palatii atrio: q̄ augurato cōditū ē apud maiores cōsulebat senatus: ubi etiā arietes immolabant: q̄d (ut in, vii, diximus) Virg. ad Latini trāstulit domū, Multi dicunt perite Virgilū fecisse nec tēpli nec curiæ hoc loco cō/ memoratiōē: sed tantū dixisse intra tecta regia: ut ostēderet cōsiliū: q̄ initur nō esse cōplendū: q̄a nec ri/ te est inchoatū, Ea, n, quæ dicit Latinus effectu care/ bāt, Olli: secūdū Enniū, Fluūt: festināter incedūt, Et primus sceptris: primus inter sceptri feros: Nā apud maiores: oēs duces cū sceptris ingrediebant cu/ riā: postea cœperūt tantū ex consulibus: & signū erat eos consules fuisse, Aetola ex urbe remissos: quā cō/ diderūt hi q̄ de aetolia uenerunt graciæ prouincia: unde Diomedes habuit socios de tribus eius ciuitati/ bus: quas habet Aetolia Pleuron: Olenon: Calydon, Sic ergo Aetola dixit ex urbe: ut Et tandē euboicis cum arum allabitur oris, Et responsa reposcit: mire ait reposcit: Ante enim rex solet a legatis uniuersa cogno/ scere: & sic eos præsente populo iterum omnia iubere narrare, Vnde est: Ordine cuncta suo, Nam nihil licet p̄/ termittere unde & superflua narrari consueuerunt,

**DONA.** Ecce inopinatum: pronunciat malū hæc dictio: & graue satis ac uehemens, Neq; aug: quod q̄/ dē etiā qui nullo odio cōmoti sunt in p̄lium excitat: & ad iniurias: ut probauit in Pigmaliōe: & in Polymesto re, Alta ad limina: interiorem partem domus intelligit: & non curiam quā descripserat in qua de rebus læ/ tis agebatur, Olli conuenere: ostendit q̄ cupide propter magnitudinem periculi omnes concurrerent,

**CHRI.** Dix: quod ex deorū ira prouenerit: ergo iniustū & plenū supplicio, Turniq; hymenæos: Nā om/ nē causam bellī a Turno p̄fectā uolebat: q̄ ne amitteret lauinia coniugiū id moueri curauit nulla habita rōe fatorū, Quapropter ipsum solū obiciendā esse armis cū omne certamen sumat: ut ipse regnet, Ingrauat hæc drances: ostendit q̄d solet usu uenire quod in rep̄, sint semper aliqui q̄ in commune consulant: & sua libertate freti dū utilitati publice consulant: non recusent principiū odiū subire, Contra uero esse pl̄a rosq; q̄ factionē se/ cuti principibus faueāt p̄sertim si illoꝝ extent aliq̄ in rep̄, merita aut uirtutibus excellāt, Ecce super mœsti: sæpe euenit q̄ fortuna aliqd afferat q̄d in dubiis consultationibus maximū afferat momentū: nā eadē respōsa Diomedis si post captū cōsiliū relata sciuisent: paruū momētū attulissent, Deficit: animo & cōsilio: nā neq; tumultuati Turno satis tuto aduersari poterat: & aenē a diis faueri: & a satis uidebat præsertim cū ira deorū tanta strage afflictos latinos cerneret, Quapropter ueluti sapiens uir cū egeret consilio ab aliis sumendū cēsuit p̄sertim a primis q̄ ceteros auctoritate & sapiētia anteibant, Fluūt plenis uiis: ostendit & plurimos fuisse: & cū celeritate uenisse, Quæ referant fari iubet: recte nā petiturus cōsiliū omnes difficultates afferre debuit,

Dirum execrant Bellū: Turniq; Hymenæos:  
Ipsū armis: ipsūq; iubent decernere ferro:  
Qui rēgnū Italiæ: & prios sibi poscat honores.  
Ingrauat hæc sæuus Drances: solumq; uocari  
Testatur: solum posci in certamina Turnum:  
Multa simul contra uariis sententia dictis  
Pro Turno: & magnū Regiæ nomē obūbrat,  
Multa uisq; meritis sustentat Fama Trophæis,  
Hos inter motus medio flagrante tumultu:  
Ecce super mœsti magna Diomedis ab urbe  
Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum  
Tantorū impensis operū: nil dona: neq; Aurū:  
Nec magnas ualuisse preces: alia arma Latinis  
Quæreda: aut pacē Troiāo ab Rege petēdū:  
Deficit ingenti luctu Rex ipse Latinus:  
Fatalem Aeneam manifesto numine ferri  
Admonet ira Deū: tumuliq; ante ora recētes,  
Ergo concilium magnum: primosq; suorum  
Imperio accitos alta intra limina cogit,  
Olli conuenere: fluuntq; ad regia plenis  
Tecta uiis: sedet in mediis Rex Maximus æuo  
Et primus sceptris haud læta fronte Latinus  
Atq; hic legatos Aetola ex urbe remissos  
Quæ referant: fari iubet: & responsa reposcit  
Ordine cuncta suo: tum facta silentia linguis,  
Et Venulus dicto parens ita farier in fit,



**C**SER. Vidimus o ciues Diomede: aut Diomedem legēdū: ut sit latinus accusatiuus: & admittit̄ eēthlipsis: ut Multū ille & terris iactatus & alto. Aut si græcū accusatiuū facere uoluerimus Diomede legat̄: ut possit fieri synalæpha: ut Euryale infelix q̄ te regione reliqui. Si aut̄ Diomedem dixerimus nec latinū est nec græcū: aliter nec uersus cōsistit. Nunq̄, n. eēthlipsis fit p̄ n litterā: tamē melius est Diomede legat̄: ut sit græcus accusatiuus. Nomina, n. græca in es exeūtia: q̄ genitiuū in eos mittūt p̄ plenā elocutionē: cū eundē casum p̄ syneresim in us miserint: accusatiuū in e mittū necesse ē: id̄ q̄ cū naturā suā seruat̄ accusatiuū in uocalē mittūt: nō in cōsonatē:

Vidimus o ciues Diomede: Argiuaq; castra:  
Atq; iter emensi casus superauimus omnes:  
Contigimusq; manū: qua concidit Ilia Tellus.  
Ille urbē Argiripam patriæ cognomine gentis  
Victor Gargani condebat Iapygis agris.  
Postq̄ introgressi: & coram data copia fandi:  
Munera p̄ferimus: Nomē: Patriāq; docemus  
Qui bellū itulerint: quæ cā attraxerit Arpos.  
Auditis ille hæc placido sic reddidit ore.  
O fortunatæ gentes: Saturnia regna:  
Antiqui Aufonii: quæ uos fortuna quietos  
Sollicitat: suadetq; ignota laceffere bella:  
Quicumq; iliacos ferro uiolauimus agros:  
(Mitto ea q̄ muris bellādo exhausta sub altis:  
Quos Simois p̄mat ille uiros) ifanda p̄ orbē  
Supplicia: & scelex̄ p̄enas expendimus oēs.  
Vel priāo miserāda māus: scit triste Mineruæ

& debet syneresis plenitudinis seruat̄ rōnē: ut ecce ο ΔΙΟΜΗΔΗΣ plena declinatio ē: του ΔΙΟΜΗΔΕΟΣ: τῷ ΔΙΟΜΗΔΕΙ: τον ΔΙΟΜΗΔΕΑ p̄ syneresim aut̄ facit του ΔΙΟΜΗΔΟΥΣ τῷ ΔΙΟΜΗΔΕΙ: τον ΔΙΟΜΗΔΗ. ergo hic accusatiuus id̄ in e exit nō in en: q̄ cū integrū est hoc nomē i eos exit: & crescit ei⁹ genitiuus, si, n̄ ισοοῦλυ λαβος sit noiatiuus: accusatiuū in en mittit: nec habet sin gēitio: ut θουνη ΔΙΔΗΣ θουνη ΔΙ ΔΟΥ θουνη ΔΙ ΔΗΝ: nā Diomedes id̄ in genitio os hēt: q̄ cū integrū est: & ΔΙΟΜΗΔΕΟΣ facit hēt consonantē, p̄ Casus oēs: itineris, si, & bene uilitatē singulæ regē ḡnialitate uitauit ne diceret Flumina latrōes, p̄ Qua cōcidit ilia tellus: εμφοτινω̄ς dixit p̄ urbs Ilia: nā terra nō concidit: sed ciuitas, p̄ Argiripā: Diomedes fuit de ciuitate: quæ Argosippion dī: de qua Home, αργος ιπποβο τον. Horatius Aptū dicit equis argos: hic in Apulia condidit ciuitatē: quā patriæ suæ noīe appellauit: & Argosippion dixit: quod nomē postea uerustate corruptum est: & factum est ut ciuitas Argiripa diceret. Quod rursus corruptum arpos fecit, p̄ Gargani cōdebat Iapygis aruis: Iapygia pars ē apulīæ: in qua est mōs Garganus: q̄ per Calabriā usq; in adriaticū tendit pelagus. Lucanus: Appulus adriacas exit garganus in undas. Gargani aut̄ Iapygis figura est: p̄ gargai Iapygii: & hæc Iapygia apulia: a qua &

Iapyx uentus est noiatus. Nā Iapidia Venetiæ regio est ab oppido dicta, unde ē: Tū sciat aerias alpes & norica si quis Castella in tumultis & lapidis arua timauit. O fortunate gentes: q̄ habitatis regna saturnia. i. o uiri semp pace gaudentes: Nā legimus Aureaq; ut phibēt illo sub rege fuerūt Sæcula: & bene hoc laudat qd̄ eis psuadere desiderat. Antiq̄ aufonii: q̄ primi Italiā tenuerūt aufones dicti sunt. Quietos: q̄bus ē amor pacis a maiorib⁹ traditus pp̄ regnū Saturni. Ignota laceffere bella. st. troianorū: nō oīa generaliter bella: nā legimus Captiui p̄ dēt currus curuæq; secures. Suadet: uobis subaudis: nā uos a superioribus nō potest subaudiri: q̄ non te sed tibi dicimus suadeo. Violauimus: quasi sacra: nā uiolare de religiosis rebus dicimus: & ingenti arte dicit: ne aut uictoriā suā fileat: aut nō p̄cedendo cōtra eos quos uicit cōfiteat̄ ignauitā dicens nō esse cōtra eos pugnantē: quos uincere p̄niciosissimū est. Quos simois p̄mat ille uiros. i. toto orbe celebris. alibi: Vbi tot simois cor reptā sub undis Scuta uig; galeasq; & fortia corpora uoluit. Scelex̄ p̄enas expendimus oēs: luimus oēs p̄enas q̄ sunt statuta sceleribus. alii sceleris oīs legūt: nā oēs ad græcos nō pōt referri: q̄ nō pōt ptulere supplicia. Vel priāo miseranda manus: etiā Priamo: ut Carmina uel cælo possunt deducere Lunā: est autē Pacuii: q̄ ait si Priāus adesset: & ipse eius cōmiseresceret. Scit triste mineruæ sydus: fabula hoc hēt pp̄ Cassandræ stuprū græcis iratā esse Mineruā: uel q̄ ei uictores sacrificare noluerunt p̄ superbiā: unde eos redeuntes grauissimā tēpestate fatigatos per diuersa dispersit. Hora. Cū pallas usto uertit irā ab ilio. Re uera at̄ constat græcos tēpestate laborasse æquinoctio uernali: quoniā manubiæ minerales: id est fulmina tempestates grauissimas cōmouent: unde perite dicendo sydus utrunq; complexus est. Nam sydus & tempestatē significat: & re uera sydus: hæc aut̄ numina: q̄ inter sydera nō uidemus: licet sua signa pp̄ria nō habeat cū aliis potestate sunt pmixta: ut Ophiucus ipse est Aesculapii: gemini Apollinis & Herculis esse dicunt: sic Mineruæ aries esse dignoscit̄.

**C**CHRI. Vidimus: hysteron p̄teron: nam prius superarūt casus deinde uiderūt Diomedē. p̄ Qua cōcidit ilia tellus: ut faciat Aeneā formidabilem: ostēdit eum mirifice extollī ab illo cuius dextra Troia perierat. Neg; peccat qd̄ hoc dicat cum Achilli tribuat̄ hæc uictoria: tamē Maro ubiq; extollit Diomedē ut excuset aeneā: ut in primo libro ostēdimus. Postq̄ introgressi: ostēdit breuiter nihil p̄termissum a legatis ex iis rebus quibus Diomedes in auxiliū latinorū flecti potuerit: ergo solo metu ferre auxiliū denegauit. Ignota, q̄d, quæ si cognosceretis non lacefferetis: laceffere aut̄ ignota bella: id est laceffere uiros ignotos ad bellum. Quicumq; iliacos: duabus rationibus dehortatur ne laceffant & quia fortes sunt quod ostēdit cum ait Mitto ea quæ muris bellando exhausta sub altis & q̄ diis accepti fatalesq; sint: quando q̄ eos uicerūt post uictoriā tot p̄enas uictis persoluerint q̄ si diis fatisq; ita uolentibus id acciderit: ut etiam miserandi priamo ueniant. Argiripam: argos thessalicum: achaicū & ætholicum fuit inde argosippū suam urbem uocauit Diomedes: quæ postea a p̄stantia equorū Hippoliti dicta est Argiripa. Iapygis: Iapyx filius dædali fuit: a quo magna pars Apulīæ Iapygia dicta est: unde uentum inde flantem Iapygem dicunt. Triste: quod tristitiam ex calamitate intulit.



## Aeneidos

**ESER.** Vitorq; caphareus: rō & rō ē cautes euboica: nā Euboea īsula ē: ī q̄ mōs ē Caphareus: circa quē græci piere naufragio. Vitor at̄ iō dixit: q̄a Nauphus Palamedis pater dolēs filiū suū factiōe iterēptū: ut ī secūdo me morauimus quū uideret græcos tēpestate laborare mōtē Caphareū ascēdit: eleuata facula signum dedit uicini port⁹: q̄re decepti græci iter asprimos scopulos naufragiū ptulerūt. ⁊ Atrides p̄tei menela⁹: Agamēnō & Menelaus uno qdē fataliter fuerāt supplicio destinati: nā Atre⁹ & Thyestes fratres fuerūt ī se iuicem saui: adeo ut Thyestes cū Aeropa fr̄is uxore cōcūberet: quo factō dolēs Atre⁹ liberos p̄prios ei epulados apposuit. Sed quū Thyestes post cognitū facin⁹ req̄reret ultionē a diis:

ei Apollo rōdit posse alio scelere illi⁹ facinoris uīdicē nasci. si cū Pelopea filia sua p̄cūberet: quo factō nat⁹ est Aegysth⁹ fatalis ī Atrei geminā plē: sed Iuppiter Menelai fata miserat⁹ ē pp̄ Helenā iugale cōfortiū: & eū p̄ diuersa errare maluit: q̄ Aegysthi manib⁹ iterire: hic errās ad ægyptū usq; puenit: ubi Prote⁹ de⁹ marinus regnauerat: cui rapta aliquā Theseo Helenā d̄f cōmēdata, uū qdā d̄nt q̄ ad eā q̄rēdā Menelaus sit ad ægyptū p̄fect⁹ post bella troiana. Quidā uolūt non eē raptā a Paride Helenā: sed aliā cām belli fuisse troiā: illā. s; q; Hercule q̄rētē Hylā suscipe noluerūt. Qui at̄ uolūt eā raptā a Paride hoc d̄nt q̄ recepta a Proteo p̄ Theseū ad Menelaū trāsītū fecerit: & sic eā Paris rapuerit: secūdū qd̄ ut supra dixim⁹ Menela⁹ ad ægyptū Iouis uolūtate puenit: uidelicet ne ab Aegystho posset iterimi. Qd̄ at̄ ait Protei colūnas rōne nō uacat. Nā Hercules colūnas legimus & ī Pōto & Hispania: hūc at̄ Proteū iuictū fortissimūq; cōstat fuisse. Nouimus at̄ q̄ oēs fortes Hercules dicebant. Vñ uñ hoc affectasse Vir. ut p̄ finib⁹ Protei colūnas diceret q̄s habuit Hercules: ut oīderet eū eē Hercule dictū. ⁊ Adusq; co. p. usq; ad fines ægypti: hoc ē usq; ad Pharō aī īsulā: nūc partē Alexādriæ. Luc. Nūc claustrū pelagi cōcepti Pharō: īsula quōdā In medio stetit illa mari sub tpe uatis Proteos: at nūc ē pellæis p̄ xia muris. Protei at̄ ē latinus gēitiuus cōstrictus p̄ synæsim. Adusq; at̄ sic ē dictū quēadmodū Siculo p̄spexit abusq; pachynno. Nā quū p̄positio p̄positiōi nūquā cohæreat: abusq; & adusq; licēter admissū ē. ⁊ Exulat: proprie: nā exulare dicunt q̄ extra solū eūt. Sāe sciēdū q̄a quo. tēpore Menela⁹ iit ad ægyptū pdidit Canobū gubernatorē: a quo uicia ciuitas: nomē accepit q̄ hodie mutata littera canop⁹ nofāt. ⁊ Cyclopas: græcæ declinatiōis accusati⁹ ē: uñ græcū habebit accētū. Nā latīe cyclopes diceret: & sic uersus stāt nō poterat. ⁊ Regnaq; neoptolemi: subaudi euersa: qd̄ ex inferioribus itelligit. Pyrrho at̄ qd̄ cōtigerit manifestū ē. Nā ut ī tertio legimus: quū uellet ducere Hermionē Menelai & Helenæ filiā & Orestī ante despōsatā: ab eo iter aras Apollinis iterēptus est ut ē Et scelerū furis agit⁹ orestes Excipit īcautū: patriasq; obrūcat ad aras. ⁊ Verfosq; p̄ates Idomenei: Idomeneus rex cretēsū fuit: q̄ quū tēpestate laboraret: uouit se sacrificaturū de re q̄ ei primū occurrisset si reuersus fuisset: sed quū casu ei priō fili⁹ occurrisset: & eū (ut alii dicūt) īmolasset: ut alii īmolare uoluisset: ob crudelitātē regno a ciuib⁹ pulsus ē: unde ē Fama uolat pulsū regnis cessisse paternis Idomeneia ducē: Alii dicūt q̄ abscedēs cuidā suū commēdauerat regnū: q̄ p̄ eius absentia occupauit īperiū: & reuersū pepulit: ergo uersos penates aut uersos & fūdītus direptos accipiēdū ē: aut certe ī aliena iura cōuersos. ⁊ Libyco ue habitātes littore Locros: ut ē ī tertio dixim⁹: Locri socii Aiācis Oilei fuerūt Epizephyrii & Ozoli: sed hi tēpestate diuisi sūt adeo ut Epizephyrii tenerēt Brutios: de q̄bus ait ī tertio Hic & naritū posuerūt mœnia locri: Ozoli uero deferrēt Pētapoli: de q̄bus nūc q̄rīt dicēs: Libyco ue habitātes littor̄ locros. ⁊ Deuicta asia subsedit adulter: legit & deuictā asiā: qd̄ si ē ita itelligim⁹: ut subsedit sit dolo possedit. Lucanus: Subsidere regnū chalcidos euboica: unde & subsessores dicunt q̄ ī isidiis tauros iterimūt: & hostiū dolo subsessos uocamus: ut sit sensus ab Agamemnone: de uictā asiā adulter Aegysthus factiōe possedit. Melius tamen est ut deuicta asia legamus: secundum qd̄ subsedit erit remāsīt: ut Extrem⁹ galeaq; ima subsedit Acestes: ut sit sēsus: asia pp̄ adulterium ptulit bella q̄ remanente adultero finita eē nil pfuit: ut cū indignatiōe sit dictū dum primum uīdicat adulterium: aliud rursus emerfit.

**CHRI.** Caphareus: mōs est Euboicæ in quo Nauplius ultus est mortē Palamedis. ⁊ Atrides protei: refert Herodo. Paridem cum e græcia in Troiam cum rapta Helena enauigaret tempestate cōpulsū in ægyptum apud canopicum nili hostium deuenisset & a phitione hutus hostii custode ad Proteum ægypti regem fuisse deductum. Proteus autē cognita causa ab illis qui Alexādrum accusabat illum triduo ex suo regno abire iussisse: Helenam uero & raptam pecuniam reddendam uito retinuisse. Quæ omnia non ignota Home. fuisse. idem acta affirmat: idq; ex poetæ uersibus ait patere: Adiungit etiā scribere sacerdotes cum græci ut iniurias ulciscerentur illum uenissent anteq; obsidione urbem cingerent misisse ad Priamum legatos: qui Helenam & pecuniā cum Helena raptam repererent. Verum cum troiani respondissent Helenā cum suis rebus non apud se sed apud Proteum esse nō credidisse græcos: sed urbē obsidisse: ac demum illa expugnata & Helena nō inuenta: Agamemnonē & Menelaum in ægyptum enauigasse & Helenam a rege recepisse: & ex ægypto in Libyam uenisse: inde quo progressi sint sacerdotes ignorare affirmant. ⁊ Protei columnas: idest quæ essent apud Memphim urbē ubi Proteus regnabat: intelligit autem duos obeliscos ibi in templo solis positos a filio Sestris qui ante illum regnauit. Hic cum Nilus totam ægyptum inundasset: & totum illud æquor a uētis exagretaretur hastam in medios fluctus iecit: ex qua re decem annos cæcus mansit. Vndecimo autem anno cum ex oraculi responso oculos mulieris utinam abluisset uidit: Quapropter diis cum ita: esset liberatus multa aliā donaria obtulit: & duos obeliscos singulos ex singulis lapidibus: quorum longitudo centum: latitudo. viii. cubitorum fuit, has igitur columnas nisi fallor appellat. Reliquas has historias ponit Serui.



**C**SER. Prima intra limina: in ipso limine imperit: id est in littore: quia secundum Homerum Clitæmne-  
stra Agamemnoni occurrit ad lectus: & illic eum susceptum cum adultero inter epulas interemit.

ἄλλα μοι αἰγισθοῦς τεύχεος θάνατον τε μορον τε  
δειπνισσοῦς ὡς τις τε νόσταντα νεβροῦν ἐπι φάτῃη.

Ἐν τῶν οὐλομένη αλοχῶ οἶνον δὲ νόλεσας

Quod & Iuuenalis tangit dicens: Quippe ille dies  
auctoribus ultor Patris erat caesi: media inter pocula. Alii autem dicunt p in ipso ingressu: id est prima die: qua  
domus suæ limen ingressus est: consilio Aegypti ab uxore uestem accepit clauso capite: qua implicatus adul-

teri mibus interit: & Inuidisse deos: Stheneli filius  
Cylabarus Aegialiam Diomedis uxorem cognouit  
adulterio: quo comperto Diomedes reuerti noluit:  
sed in Apuliæ partibus sibi sedem cōdidit: quod Ve-  
neris dolo dicitur esse perfectum: quam in bello tro-  
iāo uulnerauerat: unde ait Inuidisse deos, & Pulchrā  
calydonā uiderem: unā de supradictis ciuitatibus:  
quibus imperauit, & Nunc etiam horribili uisu por-  
tenta: hoc loco nullus dubitat fabulæ huius ordinē  
a Virgilio esse conuersum. Nā Diomedis socios con-  
stat in aues esse conuersos post ducis sui interitū: quē  
extinctum impatienter dolebant, hinc eā aues hor-  
dieq; latine diomedæ uocant: quas græci erodios  
dicūt: cuius generis auem auspicio dixit Homerus,  
Diomedi & Vlyssi speculatoribus apparuisse.

τοῖσι δὲ δεξιῶν ἦεν ἑρωδιον ἐγγύς Δοιο  
πᾶλλας αἰθναῖσι. Habitabant autē in insula quæ  
est haud longe a Calabria in cōspectu tarentinæ ciui-  
tatis: quin etiā de his auib; dicit q; græcis nauibus  
lætæ occurrant Romam uenientibus: latinas uehe-  
menter fugiant memores originis suæ: & q; Diome-  
des ab illyriis interemptus est, & Portēta sequuntur:  
re uera enim portentū est homines in aues esse con-  
uersos, & Et socii amissi: legunt nonnulli & admissis  
pennis: Sed melius est amissi, & Lachrymosiss, dolē-  
tes uel suam mutationem uel regis interitū: Nāq;

Coniugis infandæ prima intra limina dextra  
Oppetit: deuicta Asia subsedit Adulter.  
Inuidisse Deos: patriis ut redditus oris  
Coniugiū opratū: & pulchrā Calydonā uiderē.  
Nunc etiam horribili uisu portenta sequunt:  
Et Socii amissi petierunt Aethera pinnis:  
Fluminibusq; uagantur aues: heu dira meorū  
Supplicia: & scopulos lachrymosis uocib; im  
Hæc adeo ex illo mihi iā speranda fuerūt (plēt.  
Tempore: cum ferro cælestia corpora demens  
Appetit: & Veneris uiolauī uulnere dextram:  
Ne uero: ne me ad tales impellite pugnas:  
Nec mihi cum Teucris ullū post eruta bellū  
Pergama: nec ueterū memini: lætor ue malorū:  
Munera: quæ patriis ad me portastis ab oris  
Vertite ad Aenēā: stetimus tela aspera contra:  
Contulimusq; manus: experto credite quātus  
In clypeū assurgat: quo turbie torqueat hastā.

hoc tangit latenter, & Speranda: pro timenda: ut Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, & Cælestia corpo-  
ra: Martis & Veneris: quæ numina uulnerauit in bello troiano, & Veneris uiolauī uulnere dextram: artificio/  
se agit: nā sciens ea quæ dicunt in fine hæere animis: suos casus ultimos memorat, perire etiam Venerem a se  
uulneratam tantum dicit: suppressens Martis nomen: quod ei poterat esse gloriosius: ut uideat omnia quæ  
perulit odio Veneris pertulisse: contra cuius filiū nunc uocatur ad pugna: ut negans etiā nunc paria formida-  
re uideat: Dextram autē secundum Homez qui ait ἐπι κερπῶ, & Tales impellite pugnas: quarum est pericu-  
losa uictoria, & Nec mihi cū teucris ullum post eruta bellum est pergama: ne ei obiiciatur illa coniuratio: quā  
apud Aulidem græci inierunt: dicit in troiæ excidio sacramētum coniurationis esse completum, Nāq; in tro-  
ianos coniurauerant græci, huc enim spectat quod dicit Nullum se cum troiāis habere bellum post dirutam  
troiam, & Nec ueterum memini lætor ue malorū: nec meminisse uolo uictoriarum mearum: quarum nullus  
obliuisci consueuit: nec lætor troianorum malorū pro troianis malis quæ nobis bellantibus ptulerunt, non nō  
potest de suis malis dicere: quū & mala sua nullus obliuiscatur: & ea ipse paulo ante memorauerit, Lætor autē  
malorum figura græca est: sic Horatius: Agrestium regnauit populorum pro agrestibus populis, & Munera  
quæ patriis ad me portastis ab oris: hinc iam suasio est & consilium: nam finita est auxiliorū negatio, unde &  
paulo post Venulus ita diuidit dicēs: Et responsa simul quæ sint rex optime regis Audisti: & magno quæ sit  
sententia bello: scilicet audisti & quemadmodum negauerit auxilia: & quod dederit nobis de pace consiliū,  
& Stetimus tela aspera contra: contulimusq; manus: sensus est & comminus & e lōginguo inter nos bella tra-  
ctauimus, & Quantus in clypeum assurgat: aut quantus est quoties in hostem pergens erigit scutum: aut pu-  
gnandi executus est genus, Qui enim scripserunt de arte militari dicunt summum esse genus dimicādi quo-  
ties calcato umbone aduersari se in hostilem clypeum erigit miles: & ita contra stantis uulnerat terga.

**C**DONA. Munera q; patriis: q; auxiliū nō dat: dat cōsiliū, & Hic pietate prior: ut facile sit impetrare pacem,  
**C**CHRI. Nunc etiam horribili: Et socii amissi petierunt æthera pennis, Aristo, in libro de mirabilium au-  
ditu ait: Diomedem ab Aenæa occisum: & loca in quibus imperauerat occupata. Interfecto illi honores diui-  
ni in insula ab eo Diomedea appellata: & templum constitutū est: eius autem socii in aues cōuersi insulam illā  
incolunt: Diomedæq; a latinis a græcis erodii uocantur, Græcis illic ad nauigantibus lætæ applaudunt, cæ-  
teros omnes infestant, Sunt qui dicant hoc iccirco ita factum esse quod magna celeritate nauigantes pyriticā  
exercebant: & solis græcis parcebant, Theoduntius ait: illas singulis annis aquam rostris in templum illud in-  
ferre: & sic lustrare: Solinus uero scribit: has aues nusq; alibi nisi in insula Diomedea apparere: quæ e regione  
Campaniæ est, Formam autem iis eandem: quæ fulcis esse colorem candidum: igneos oculos: rostra denta-  
ta: ac grægatim uolitare duobus ducibus: altero qui a fronte agmen ducat: altero qui a tergo urgeat.



**C**SER. Si duo praeterea: hoc est alios duos. Dardanus: pro dardanius populus: & posuit principale p de riuatuo: sic Homerus τὸν Δαρδανὸν ἀπὸ Δάρδανος ἀν ἡρ. Cessatū est: tardatū est: quia nō habet quos imputer troianis triumphos: uult ei excidii tarditatem pro uictoria cedere. Vestigia rettulit: retroacta est & repulsa. Hic pietate prior: ideo Aeneam plus laudat q̄ latinis petituris est: utile: ut eū credāt se posse facilius exorare. Prior: p̄stantior: melior. Qua dat: qua potest: quacūq; ratione permittit: sic supra Si q̄ fata sināt. Per ora turbata: p̄ ora turbatoꝝ. Clauso gurgite: saxoꝝ obiectioe p̄cluso. Praefatus diuos: more antiquo: nā maiores nullā orationē nisi inuocatis numinibus incohabāt: sicut sunt oēs orationes Catonis & Gracchi. Nā generale caput in oībus legimus: unde Cicero irrisione ait: si qd ex uetere aliq̄ oratiōe: Ioue ego optimū maximū: & demosthenes i orōne p̄tra aeschinē. πρὸ τοῦ μὲν ὁ ἀνδρὲς ἀθηνῶν οἱ τοῖς θεοῖς εὐχομαι πᾶσι καὶ πᾶσιν.

Ante equidē summa de re statuisse latini: latenter arguit Turnū: q̄ sibi nō obtēperauit: ut foedus fieret in septimo ubi dixit: Te turne nefas te triste manebit Supplicū: Nā mō hoc tēpus reuoluit: uellē autē statuisse sic dixit: ut uellē fecisset: & ē cōpēdiōsa locutio quū querimur non esse factū qd̄ fieri debuit. Bellū importunū: cōcepit grauē iracūdiā: & sic in hac uerba prupit. Importunū autē qd̄ caret portu, quiete ubi nullus portus est: sicut cōtra opportunū: cui cōmoditas & occasio obuēnit ut portus: nā hoc quodāmodo dicit in naufragiū fert ista cōtentio: q̄ supra auduerat periculū esse sup̄are troianos. Cū gente deoꝝ: quia diis originē ducunt. Inuictisq;: atq; supra legimus: Bis capti phryges: sed uictos iō dicit: q̄ sequit̄ Nec uicti possunt absistere: possunt at̄ absistere mire ait: ac si diceret etiā si uellent eos discedere a bellis natura non patit̄. Accitis: euocatis: adiunctis. Spes sibi quisq;: subaudis fit: unusquisq; in seipso tantum sp̄e habeat. Sed haec quā angusta uidetis: caetera absolute dixit. exercitum: auxilia uires impii q̄ sic uidetis afflicta: qd̄ restat nisi ut pacē petāus.

**D**ONA. Importunū: qd̄ defensoris nō hēt portū: & quod periculus nō inuenit rationis suffragiū. Cū gente deoꝝ: causa q̄re importunū sit. Quae n. pōt̄ iueniri defensio. Nec uicti possunt absistere ferro: q̄ potuisset dici tā diū durabimus: ut succumbā.

**C**HRI. Praeterea: eas in cauernulis a se effulsis nificare duplici relicto aditu uno ab oriēte: quo egrediant̄: altero ab occidēte quo regrediant̄. Graecis ueluti cū ciuibus applaudere: reliquis inimicari. Quotidie ædē celebrant alis madidis quibus excussis aqua illam lustrant. Refert Strabo in uenetis Diomedis diuinis statuū honores: & cādidū equū illi immolāt. In fine autē sexti libri: & multa alia refert de hoc Heroe: & duas ēē isulas in mari p̄pinquo Luceria Diomedes appellatas quae altera habiteat: Altera sit deserta i q̄ Diomedem quidam disparuisse aiunt: comitesq; in aues esse conuersos. Quae hodie quoq; mansuecant: & humanam quodāmodo uitam agere: & erga benignos mansuetudine uti a malignis: & sceleratis refugere. Fluminibus: q̄ aquaticae sunt aues. Stetimus tela aspera: Laudat Aeneam ut deterreat latinos a bello. Hic pietate prior: dat sp̄e posse placari quis bello fit lacessitus. Qua dat: Quasi dicat: uel etiā iniquis conditionibus si aliter nō dant̄. Praefatus diuos: nā religiosum oportet esse bonum principē: Est autem hoc uetustissimum Platonis pythagoraq; institutum: & a romāis priscis obseruatum: ut nihil acuratius inciperent: quin prius deos precarent̄. Oratio autem est in genere deliberatiua. Dolet autem consultationem quae bellum praecedere debuit inferum tempus esse dilatam. Ex qua re praemit aduersarios: qui incōsulte rem sunt aggressi. Ex quo nō mirum est si male successerit captat ergo beniuolentiam ab aduersariis. Bellum importunum: ostendit impossibilitatē uictoriae cum aduersus deos bellum sumat̄: & aduersus uiros inuictos: cum in re decernēda semper q̄renda sit facilitas: aut saltē possibilitas. Cum autē duo: ut diximus sint genera dicēdi unum ardēs erectū: & infensum: quale Turno & Dranci accomodat: quoniā ingentis uiroꝝ concitatissimis quadrat alteꝝ lene mite: & appensatum: hoc nunc latino accomodat: tum q̄ tale est ingeniū hominis: ut oīa mitiora cōcupiscat: tū quod pacem suafurus non asperioribus uerbis eos exacerbare debebat: sed mitioribus demulcere. Nec uicti possunt absistere ferro: q̄to ergo minus absistēt: cū euaserint uictores. Sp̄e si quā accitis aetolū habuistis in armis: Maximū argumentū: ut absistāt a bello quādo ipsi uicti sint: & alium de auxiliōꝝ spes omnis sublata sit.

Si duo praeterea tales Idæa tulisset  
 Terra uiros: ultro Inachias uenisset ad urbes  
 Dardanus: & uersis lugeret Græcia fatis:  
 Quicquid apud duræ cessatū ē moenia Troia  
 Hectoris: Aeneaq; manu: uictoria Graium  
 Hæsit: & in decimum uestigia rettulit annum.  
 Ambo animis: ambo insignes p̄stātibus armis:  
 Hic pietate prior: coeant in foedera dextræ  
 Quae datur: alit armis concurrāt arma cauetes:  
 Et respōsa simul quae sint Rex Oprime Regū  
 Audisti: & quae sit magno sententia bello.  
 Vix ea Legati: uariisq; per ora cucurrit  
 Ausonidum turbata fremor: ceu saxa morantē  
 Quū rapidos amnes sit clauso gurgite mur-  
 Viciaq; fremūt Ripæ crepitātib; ūdis. (mur:  
 Ut primū placati animi: & trepida ora querūt:  
 Praefatus Diuos: folio Rex infit ab alto.  
 Ante equidem summa de re statuisse Latini  
 Et uellem: & melius fuerat: non tempore tali  
 Cogere concilium: cum muros obsidet hostis.  
 Bellum importunum Ciues cū gente Deoꝝ:  
 Inuictisq; uiris gerimus: quos nulla fatigant  
 Prælia: nec uicti possunt absistere ferro.  
 Spem: si quā accitis Aetolū habuistis in armis  
 Poite: spes sibi q̄sq;: sed haec quā angusta uidetis:  
 Caetera: qua rerum iaceant perculsa ruina:



**ESER.** Ante oculosq; interq; manus sūt oīa uestras: ac si diceret nō egēt narratiōe. **Inter māus:** πρὸ χειρῶν  
 Nec quēq; incuso: excusatio hęc ostēdit obliquā eē ī Turnū orationē Latini. **Fuir:** exhausta: & consumpta est.  
**Toto certatū ē corpore regni:** īperii oībus uiribus. **Dubīa mēti:** mēti: cogitāti. **Est antiquus ager thusco**  
 mihi p̄ximus amni: hoc loco Donatus errauit dicēs Agrū quē Latinus dōare dispōit eē ī cāpania iuxta Vtēntē  
 fluuiū cuius terras uicinas thusci aliquādo tenuerūt: ut idē dictū sit Thusco mihi p̄ximus amni: agit ēt hoc ar  
 gumēto qd' illic ē locus q' hodieq; pinetū uocat: sed cōstat oīa loca eē cāpestria: nec p̄cedit illud quod dicit Cel

Ante oculos: interq; manus sunt oīa uestras.  
 Nec quēq; incuso: potuit quæ plurima Virtus  
 Esse: fuit: toto certatum est corpore Regni.  
 Nunc adeo quæ sit dubiæ sententiā menti  
 Expediam: & paucis (aīos adhibete) docebo.  
 Est antiquus Ager thusco mihi p̄ximus amni:  
 Longus in occasum fines super usq; sicanos  
 Aurunci: rutuliq; serunt: & uomere doros  
 Exercent colles: atq; horum asperrima pascūt.  
 Hęc omnis regio: & celsi plaga pinea montis  
 Cedat amicitia Teucrorum: & icederis æquas  
 Dicamus leges: sociosq; in regna uocemus.  
 Confidant: si tantus amor: & incœnia condant.  
 Sin alios fines: aliamq; capeffere gentem  
 Est animus: possuntq; solo decedere nostro:  
 Bis denas Italo texamus robore Naues.  
 Seu plures complere ualent: iacet oīs ad undā  
 Materies: ipsi numerumq; modumq; carinis  
 Præcipiant: nos æra: Manus: Naualia demus:  
 Præterea qui dicta ferant: & fœdera firment  
 Centum oratores prima de gente Latinos  
 Ire placet: pacisq; manu prætere ramos  
 Munera portantes: Aurisq; Eborisq; talenta.  
 Et Sellam regni: Trabeamq; insignia nostri  
 Consulite in mediū: & rebus succurrite fessis.  
 Tum Drances idē infensus: quē gloria Turni

māoz: n̄p̄atorū īsigne fuit sella currulis & trabea. Nā diadema ut aliarū gētiū reges nō habebāt. Et sciēdū sellā  
 curulē a curru dictā: qd' hi ea tānū utebant q' triūphali curru uecti fuissent. Sicut ēt palmata dī toga: q' mereban  
 tur hi q' de hostibus palmā reportassent: cūq; a curru dicta sit: cuius priā syllaba p̄ducit: tñ curulis sedes tā pri  
 mā corripit. Luc. Vacuæq; loco sedere curules. **In medium:** in cōmune: ut In medium quærebāt ipsaq; tellus.  
**CDONA.** Centum oratores: hoc ab ænea didicisse uidetur.

**CHRI.** Est antiquus ager: ostēdit cōmoda: & sine multa iactura posse cōfici fœd' cū troiāis ī qbus uerbis  
 iuēies semina argumētationū q' sint a facili ab hōesto ab utili: & necessario. Quæ oīa ī genere deliberatiuo cōsi  
 derant. **Æq̄s:** in illis subiici uideamur. **Sina. si.** Dat aliq' spem forte illos habituros. **Iacet omnis:** Ergo si  
 ne n̄fo dispēdio fiet æra: ut clauis & similia. Quibus atiq' potius æneis q' ferreis utebant: qm̄ æs aduersus rubi  
 ginē diutius q' ferrū durat. licet. n̄ antiquoz ædificioz ruinis illos æneos nō ferreos dephēdere. Māus artifices  
 q' māibus opant. **Naualia:** locū dicit fabricandū ī quo sub tecto cōmode naues edificare possint illa. n̄ naualia  
 dicunt: neq; s̄ trabes itelligēdæ. Nā eas demōstrauit cū dixit: iacet oīs ad undā materies. Naualia at dicunt edi  
 ficia itra q' naues ædificam' sic supra alii naualibus ite. **Cētū.** ut reddat par pari. Nā & ip̄e Aeneas totidē ad  
 pacē petēdā miserat. Ergo elegit cētū ne nūero: & uirtute ciuiū Latini cederē uiderent: Neue ēt m̄ioris Aeneā fa  
 cere uideret: q' ille se fecisset. **Auris.** Ex quo appet talētū de quo ī superiorib' dixius nō eē nūmū sed pōd' : nā  
 pecuniā ex ebor' cudi nō ē reptū. **In mediū:** ī cōmune: nā illa demū optia ē p̄solatio: ī q' rēotis omnib' ai p̄turba  
 tiōib' nō ad nostrā libidinē: sed ad publicā utilitatē oīa referim': itaq; f̄cte p̄sulebat: Attili' cū cōmurationē ca  
 priuoz dissuadebat. **Tū. d.** describit naturā factiois: q' potius cōtra aduersarioz utilitatē: & gloriā fertur: q' ad  
 publicā utilitatē consilia dirigit: & tamen oportet ipsum publicū cōmodum p̄ferre si sibi fidem tribui uult.



**C**SER. Obliqua inuidia: hoc est quæ nō ex aperto impugnabat Turnum: sed cum reipub. simulata defensione lacerabat. ¶ Largus opum: abundans opibus: diues: non qui multa donaret. ¶ Non futilis auctor: nō inanis: Nā futilis quoddā est uas lato ore: fundo angusto: quo utebantur in sacris Vestæ: quia aqua ad sacra hausta in terra nō ponitur: quod si fiet piaculū est. Vnde & excogitatum uas est quod stare nō posset: sed positū statim effunderetur. Inde & homo cōmissa nō retinens futilis dicit: cōtra nō futilis bonus in consiliis non inanis. ¶ Seditione potens: præpotens in mouendam nō in cōprimendā seditionem. ¶ Incertū de patre ferebat: nō ignobile: sed penitus ingnoratum. ¶ Onerat dictis: hoc sermone ostēdit eū eē exhortatione grauatū Latini. ¶ Rem nulli obscurā: callide & oratoricæ agit in omnibus: & adulatorie respōdet dictis Latini, supra, nulle dixerat Ante oculos iteq; manus sunt oīa uestras: Sane qua si p̄ditū oratorē exprimit: quia supra de eo dixit: Et lingua melior. ¶ O bone rex: bene addidit bone: & auxit epithetō dignitatē. Rex, n. mediū est. Nā & bonus esse & pessimus potest. ¶ Mussant: mō uerent signifi- cat: alias dubitat. Vnde Mussat rex ipse. Latini Quos generos uocet. Interdū susurrat: ut de apibus dicit: & pprie mussare obmurmurare: & muto esse uicinū. ¶ Flatusq; remittat: aut ponat superbiā: aut nostros flatus remittat. i. nobis respirare cōcedat. ¶ Cuius ob auspiciū: inuidiose Turni auspiciis ip̄tat: qđ tantus perit exercitus: ac si diceret si malis tuis omnibus nō egrederent: possent forsītā supare uirtute. Sane sciēdū hūc exprimere q̄cquid uerecūde celauit Latinus. ¶ Mores sinistros: cōtrarios: q̄a in principio Latino obtēperare noluit. ¶ Lumina ducū: i. p̄ceres: ut O lux dardaniæ. ¶ Cōsedisse urbē: in luctū esse demersam. ¶ Fugæ fidēs: illud respicit: qđ bella deseruit lunone faciēte: fugæ at figurate dixit pro fuga fidēs. ¶ Et cælū territat armis: dictū qđ Virgiliū grauitati nō congruit: sed perite hæc Drāci data sunt uerba: qui tumida uti oratione inducit. Vnde ei paulo post Turnus dicit: Quæ tuto tibi magna uolāt. Itē. p̄inde tona eloquio: item uentosa ī lingua. ¶ Deinde diximus Drācē librare se ad orationē Latini. Vnde nūc dicit Cælū territat armis: q̄a audierat bellū importunū Cines cū gēte deorū. ¶ Mitti dardāidis dicit: iubes: mitti autam: ebur: & sellā: & cætera: dicit de nauibus uel agro. ¶ Egregio genere dignisq; hymenæis: ergo Turnus uidet indignus. ¶ Aeterno fœdere iūgas: natā: i. cōiunctiōe: nā munera cōtemni poterāt: ī aeternū pacis fœdera firmabuntur generis cōiunctiōe. hoc autē dicto latenter etiā Latini pudorē exonerat: qui Turno etiam suam promiserat filiā: dicens causam rei publicæ præpōderare debere: & propter pacē ciuū Turno Aeneā esse præferendū.

**C**HRIS. Obliqua: recta: inuidiam dicere possumus cū aperte illam profiteamur: nam recta uia p̄cedimus. Ergo obliqua erit quæ occultatur: & ex insidiis uenit. ¶ Largus opum: oportet enim qui multorū studia in populo sibi acquirere uolunt multa uti largitione qua plurimos ciues corrūpant. Differt autē ut apparet apud Cicero, præsertim in libro de officiis largitio a liberalitate: liberalitas enim dat: & cui debet: & quātū: & quādo: & cuius causa debet itaq; est uirtus: largitio uero dando plura q̄ oporteat: & quibus non oporteat nō ad beneficentiam: sed ad corruptelā rēdit. ¶ Melior: potētior quæ res plurimū in factionibus ualet. ¶ Frigida: imbecillis. Nā uis a neruis est. Illi at summo calore fouetur. ¶ Nō futilis: siptote est: id est uehēmēs: & potēs. ¶ Auctore: Cuius gratia reliqui ad aliquid agendū moueantur auctores dicuntur. ¶ Onerat: obruit: deprimit inuidiosum odiorumq; facit. Aggerat iras accumulāt: Quia plura pluraq; addit: quibus ire cōtra Turnū crescant. ¶ Rē nulli obscuram: quasi dicat: consultas de ea re quæ nullam apud animos ciuū dubitationē habeat unde captat beniuolentiam ab ipsa re. ¶ Det libertatē: onerat inuidia aduersarium: & inde beniuolentiam captat. Ostendit quæ iccirco ciues non dare clara responsa: quia de re dubitent: quam omnes iustam fatentur: sed quia hominem potentem ac factiosum offendere uereātur. Det ergo libertatem: quasi dicat: liberet nos hac seruitute qua nos tāquā tyrannus premit. ¶ Flatus: fastum ac superbum: unde superbos inflatos: & tumentes appellamus. ¶ Auspicium infaustum: id est imperium nobis perniciosum & infelix: uel dixit infaustum qui malis auspiciis bellū gesserit. ¶ Moresq; sinistros: Quos malignitate ingenii contraxit. Quæ res sibi uitio imputari potest: magis q̄ infaustum auspicium. ¶ Dicam equidem: & a persona sua captat beniuolentiā cum demonstrat non impediri periculo mortis: quin proferat quæ utilia reipub. sint: & a persona Turni cum trahat ipsum in odium: & inuidiam dum illius uitam tyrannicam demonstrat. ¶ Lumina: principes intelligit: & totam urbem quasi ipsum uulgus. ¶ Fuge fidens: Crudele est quod tentet bella impia: & tamen posset aliquid animorum habere crudelitas: Quare ut meticulosum potius q̄ animosum esse ostendat hoc addit. Cælum territat: ex hyperbole inuidiam auget. Vnum non solum confirmat quæ dicta fuerant a Latino: sed addit unum Turnum esse nitendum.

Obliqua inuidia: stimulisq; agitabat amaris  
Largus opū: & lingua melior: sed frigida bello  
Dextera. consiliis habitus non futilis auctor:  
Seditiōe potens: genus huic materna superbū  
Nobilitas dabat: incertum de patre ferebat:  
Surgit: & his onerat dictis atq; aggerat iras.  
Rem nulli obscuram: nostræ nec uocis egentē  
Consulis o Bone Rex: cuncti se scire fatentur  
Quid fortūa ferat populi: sed dicere mussant:  
Det libertatem fandi: flatusq; remittat:  
Cuius ob auspiciū infaustū: moresq; sinistros  
(Dicā eqdē: licet arma mihi: mortēq; minet)  
Lumina tot cecidisse ducum: totamq; uidem?  
Consedisse urbem luctu: dum Troia tentat  
Castra fugæ fidens: & Cælum territat armis.  
Vnum etiam donis istis: quæ plurima mitti  
Dardāidis: dicitq; iubes: unum optime regum  
Adicias: nec te ullius uiolentia uincat: (nāis  
Qui Natā egregio Genero: dignisq; Hymenæis  
Des pater: & pacē hanc aeterno fœdere iungas.



**TERROR.** Terror: terror proprie est qui alius infertur: ut si dicas ille habet terrorem: id est timendus est. Vnde & terribilis dicitur. Metus autem est quem habent timentes: sed nunc usurpatiuè terrorem pro metu posuit. Namque hoc dicit quod si tantum Turnum timemus. Veniamque oremus ab ipso cedat: Asper hic distinguit. Quid miseros toties in aperta pericula ciues proiicis: quasi uiles: & abiiciendos: & ingenti pondere uniuersa uerba sunt posita. Latio: non uni ciuati. Caput principium rei caput est: & est antiquum. Ter. Nam si hic mali est quicquid illi huic rei est caput. Nulla salus bello: plus est quam si spes diceret. Pacem te poscimus omnes: te poscimus qui so-

**Q**uod si tantus habet mentes & pectora terror:  
Ipsam optestemur: ueniamque oremus ab ipso  
Cedat ius proprium Regi: Patriaque remittat.  
**Q**uid miseros toties in aperta pericula ciues  
Proiicis: Latio caput: horum & causa malorum:  
Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes  
Turne: simul pacis solum inuolabile pignus.  
Primus ego inuisum: quem tu tibi fingis & esse:  
Nil moror: en supplex uenio: miserere tuorum:  
Pone animos: & pulsus abis: sat funera fusi  
Vidimus: ingentes: & desolauimus agros:  
Aut si fama mouet: si tantum pectore robur  
Concipis: & si adeo dotalis Regia cordi est:  
Aude: atque aduersum fides ser pectus in hostem.  
Scilicet ut Turno contingat Regia coniux.  
Nos animae uiles inhumata: infletaque turba  
Sternamur campis: etiam tu si qua tibi uis est:  
Si patrii quid Martis habes: illum aspice contra  
Qui uocat.

**T**alibus exarsit dictis uolentia Turni:  
Dat gemitum: rumpitque has imos pectore uoces.  
Larga quidem semper Drance tibi copia fandi:  
Tum cum bella manus poscunt: patribusque uocatis  
Primus ades: sed non replenda est Curia uerbis:  
Quae tuto tibi magna uolat: dum distinet hostem.  
Agger murorum: nec inundat sanguine fossae.  
Proinde tona eloquio solitum tibi: meque timoris  
Argue tu Drance: tot quando stragis aceros  
Teucroque tua dextra dedit: passimque Trophæis

amplectendos ut rem uilem abiicis. In aperta: manifesta quod non fortis est sed temerarius. Supplex: magna nocendi calliditas qua inimicum summa inuidia oneret. Aios seruente quadam consideratione. Desolauimus agros: nam de solo certebat quod factum est desertum. Scilicet ut Turno: necessario posita est in fine exclamatio: ut demonstraret causam priuatae ipsius Turni non esse admiscendum publicum periculum. Violentia Turni: ante ardens magis exarsit. Ostendit autem Drancem uti praepostera eloquentia cum tempore manibus & non uerbis sit utendum.

**CHRISTIANUS.** Quod si tantus habet: Complexio est color rhetoricus: Aut contempto Turno firmemus foedus: aut si quod turpe est ipsum timemus oremus ab eo quod nostrum est: scilicet ut concedat latino uti iure suo & patriae cuius ipse est rex. Nec dicuntur haec sine summa Turni inuidia: nam contra publicam utilitatem iniustum agere sceleratum est. sceleratus tamen dum id agit eripiens ius suum iustissimo regi. Sunt autem haec omnia augmenta ad inuidiam: Primum quod rogamus te tanquam regem quem alii parere oportebat: deinde quod oramus rem quam tua sponte praestare debebas: scilicet ut desinas a bello: in quo nulla sit salus: ut omnes poscimus: id est de iure petimus: ergo rem nobis debitam: & omnes poscimus & poscimus a te cui aequius est nos imperare quam obtemperare: nec solum poscimus sed supplicamus & supplicamus pacem quae ab omnibus appetenda est: & supplicamus non externis: sed tuis & iis qui ad id calamitatis deueniunt ut sint sane commiseratione digni. Pone animos: id est elationem animi quam nemo sapiens retinet. Qui enim recte sapit: ratione ducitur non furo-



re rapitur: sed maius etiam in te peccatum est. Nam cum reliqui etiam furentes soleant: si uincuntur timore animi deponere tu non deponis. Aut si fama mouet snia est: si tu non uis minuere gloriam tuam in rebus bellicis: & tantum tibi tribuis ne obicias nos hostibus tanquam uiles aias: sed ipse cum tibi & non nobis petas coniugium in hostem prodii: praesertim cum te uocet: quasi concludat quod & in humani & eius qui nihil alios faciat sit obicere hostibus alios: pro sua aut gloria aut uoluptate & simul et meticulosi. Exarsit uiolentia: Facile enim qui natura sua uiolentus est & uiribus omnia arrogat armis dictis acceditur: & prius intra se uehementer commouet. Dat gemitum: nam nulla res in maiorem dolore impellere potest uirum praestanti animo quam si meticulosus habeat. Rupit: subito & cum furore emittit. Imo pectore: ab intimo corde quod totum ira accensum esset. Larga: principium abruptum ut conuenit furenti: & quoniam obiecta erant diluenda. Prius quod ostendit potuisse illum copia uerborum auribus audire obstrepente persuaderi falsa: deinde cum maxime argueret ab eo timiditatis illum in primis consutat. Nam artis est cum auditores ab aduersariis nostris persuasi iam esse uideant ab eo argumeto incipere. Quod omnium ualidissimum fuisse uideat. Primum ergo ostendit illam allucinationem uerborum auditoris fallere potuisse: deinde consutat quod magis premebat. Postremo uirtutem quam in se obiecerat in illum retorquet quod quidam ironice Aristotelem. Ipsumque ad piculum faciendum iurat: concludit deique quicquid in illo iurium est: id totum esse in uerbis & in fuga.

**SER.** Insignis: capos nobilitas: clarificas: Nam uerbum est insignis: & dicit exauertori eius debere sententiam: quod de bello iudicat uirtutis ignarus. Istis: ΔΕΙΝ ΤΙΝΟΣ. Pulsus ego: quia ille dixerat: Pone animos & pulsus abi: & agit coniectura: nam hoc uult intelligi non posse dici merito pulsum eum qui: sequendo bella deseruit aperte: autem hoc dicit Potest merito credi quod pulsus sit is cuius tot extant trophaea: Cum stirpe: occiso. Palate interit eius cuncta posteritas. Bitias: subaudi ingens a consequentibus. Mille: finitus numerus pro infinito. Aggere septus: ut uestris o ciues undique septus Aggeribus. Nulla salus bello: capiti cane talia demens dardanio: Quoties argumetum non possumus soluere: aut contraria obiectione: aut risu: aut maledicto: ut in hoc loco aduersario respondemus. Cane: pro diuina. Proinde: itaque: & est ordo: Nulla salus: bello: proinde omnia magno Ne cessa turbare metu. Caetera per parentheses dicta sunt. Extolles uires gentis uictae contra premere arma latini: haec est uirtus eloquentiae: arma autem Latini inuidiose dicit: ut Drancem Latino reddat inuisum. Nam debuit mea dicere. Myrmidonum proceres: graecorum principes. Dicit autem Patroclum & Achillem: nam licet ipsi alii de fuerint: tamen myrmidonibus imperarunt hoc autem ponit iter impossibilia: & utique graeco puerbio ανω προταυου προουσι πηγα, sic Horatius: Et ante padus matina lauerit cacumina: & sic est modo dictum: ut in quarto Nunc lyciae sortes: nunc & Ioue missus ab ipso. Retro fugit aufidus undas: apuliae fluuius cadens in adriaticum pelagus. Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit: contra illud quod ait Det libertatem fandi: flatusque remittat. Nam hoc dicit timorem suum naturale inuidiose in eam causam retorquet: ut meae praesentiae non illius naturae quod timet esse uideat: hoc est, n. quod plinius iterat dices Et formidine crimen acerbatur. Artificis scelus: nam sceleratum est simulare formidinem. Habitet tecum & sit, in isto: pessima & uilis anima habitet tecum in membris congruis: Nam tale uile & pessimum accipimus: quam nefas est pira ea dextera: quam tantum uiros fortes consuevit occidere. Consulta reuertor: Consultor est qui consulit. Consultus qui consulitur. Consultum uero res ipsa de qua consultum. DONA. Iliaco tumidum tybrim sanguine: Magna popa effert sua facta: nunc ex turbulenta oratione ad mentem redit. Magne pater: occulta ironia est: quasi dicat: quomodo magnae patris qui non recte consulis filiae tuae. CHR. I. Pulsus: ergo in ea re persistit quam summo prebar poterat: atque omnia extollit nam cum iteremisset palate: ex cuius morte cum unico prius esset & post ultio senio iam flaceret optio iure poterat affirmare se domum Euandri funditus sustulisse haec, ratione & deprimeri multa & extolles quis non recedat a uero possumus. Haud ita me: Singula quae maiora a se facta exornat atque applicat. Nulla salus: postquam consutauerat id quod erat omnium maximum fortitudinem troianorum non esse qualem dicebat draces ostendit multis exemplis iuuenis aut in his duabus orationibus copiosissimum exemplo quo unam quaeque res in utraque parte disputare cum uehementia possumus. Postremo ut in deiectione dracem trahat: & demonstrat falsa illum retulisse cum dixerit quod sibi mortem minaret. Turnus affirmat illum hoc esse mentium ut inuidiam sibi concitaret. Se autem pudere sita meticulosum interimat Nunc ad te: Consutauerat dicta aduersarii ut egressus aures sibi praestaret latinus: nunc ad sententiam dicendam accedit: & primo demonstrat non esse actum de latinis: ut dixit drances.

Insignis agros: possit quid uiuua Virtus:

Experiare licet: nec longe scilicet hostes

Quaerendi nobis: circumstant undique muros:

Imus in aduersos: quid cessas: an tibi Mauors

Ventosa in lingua: pedibusque fugacibus istis

Semper erit:

Pulsus ego: aut quae merito Foedissime pulsus

Arguet: iliaco tumidum qui crescere Tybrim

Sanguine: & Euandri totam cum stirpe uidebit

Procubuisse domum: atque exutos arcadas armis:

Haud ita me experti Bitias & Pandarus inges:

Et quos mille die uictor sub Tartara misi

Inclusus muris: hostilique aggere septus.

Nulla salus bello: capiti cane talia demens

Dardanio: rebusque tuis: proinde omnia magno

Ne cessa turbare metu: atque extollere uires

Gentis bis uictae: & contra premere arma Latini

Nunc & myrmidonum proceres phrygia arma tre

Nunc & Tydeides: & Iarissae & achilles: (miscuit:

Amnis & adriacas retro fugit Aufidus undas.

Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit:

Artificis scelus: & formidine crimen acerbatur:

Nunc animam tale dextra hac (absiste moueri)

Amittes: habitet tecum: & sit pectore in isto.

Nunc ad te: & tua magne Patris consulta reuertor.



**C**SER. Si nullam nostris spē ponis in armis: insinuatione utitur: id est callido & subtili aditu ad persuadendum. Vult enim dicere melius esse interire: quā pacem rogare: quod quia aperte non audeat: latenter & paulatim ad hoc serpit. Namque inter principium & insinuationem hoc interest: quod principium est aperta rei narratio: Insinuatio (ut diximus) est callida & subtilis oratio. In armis: aut meis aut latinorum generaliter omnium. Si tam deserti sumus: propter Diomedem qui solus negavit auxilia. Neque habet fortuna regressum: omnia quæ sibi possunt obiici ponit: sed cum solutionibus suis: nam & fortuna non est immutabilis: & qui semel

Si nullam nostris ultra spem ponis in armis:  
 Si tam deserti sumus: & semel agmine uerso  
 Funditus occidimus: neque hēt Fortūa regressū:  
 Oremus pacem: & dextras tendamus iermes.  
 Quāq̄ o si solitæ quicq̄ Virtutis adesset:  
 Ille mihi ante alios: fortunatusq; laborum  
 Egregiusq; animi: qui ne quid tale uideret (dit:  
 Procubuit: moriēs & humū semul ore: momor-  
 Sin & opes nobis: & adhuc intacta iuuentus.  
 Auxilioq; urbes Italæ: Populiq; supersunt:  
 Sin & Troianis cum multo Gloria uenit  
 Sanguine: sunt illis sua funera: parq; p̄ omneis  
 Tempestas: cur indecores in limine primo  
 Deficim⁹: cur añ tubā tremor occupat artus:  
 Multa dies: uariūsq; labor mutabilis æui  
 Rettulit in melius: multos alterna reuisens  
 Lufit: & in solido rursus Fortuna locauit.  
 Non erit auxilio nobis Aetolus: & Arpi.  
 At Mesapus erit: felixq; Tolumnius: & quos  
 Tot populi misere Duces: nec parua sequet  
 Gloria delectos Latio: & Laurentibus agris.  
 Est & uolscorum egregia de gente Camilla  
 Agmen agens equitū: & florētis ære cateruas.

pellitur iterum potest reuerti: & auxiliis nō sunt penitus destituti: & in ipsorum exercitu est adhuc plurimum spei: est autem syllogismus. Quāq̄ o si solitæ quicq̄ uirtutis adesset: non se inertia arguit: sed quæritur de uirtute omīssa p̄ negligentiam. O autem dolētis est exclamatio: & intelligimus immortam esse illic eius orationem: nam exarsit dolore: quā aperte non potuit dicere moriendum potius esse quā hostes rogandos: quod tamen dixit conferens se ad alias personas: & laudans eos quibus contigit perire ne ista conspicerent. Ante alios: melior omnibus præferendus. Fortunatusq; laborū: sicut lætor bonorum: & est græcum εὐτυχεῖς τῶν πονῶν. Tale uideret: te laudare: uel hostes rogare: uel quod latenter insinuat tradi alteri sibi ante desponsatam. Semel ore momordit: cito cōfestim: quā tota mortis celeritate consumptus est. Vulnerati autem solēt uel terram uel arma mordere: ne dolorem eorū indicet gemitus. Lucius de Pompeio: Timuit ne quas effundere uoces Vellet: & æternam fletu corrumpere famā: & ē Homerus hemistichion: οὐδ' ἔλαλε σιωπῶν γάρον. Vrbes italæ: quia Diomedes pergrinus: fuerat: nam hoc dicit habemus robur italū non græcum militem inertem & dissolutum. Supersunt: superabundant: adsunt ultra quā bella deposcunt. Sin & troianis: mire agit post confirmatas partes suas troianorū uires imminuens: quid enim proderat dixisse quod superēt latinis auxilia: si etiā troianorum integræ uires esse probarētur? Cum multo gloria uenit sanguine: ac si diceret nō est iudicanda uictoria: quæ per immensa detrimenta contigit: & hoc ē: unde laudat Salustius duces qui uictoriam incruentato exercitu reportarunt. Sunt illis sua fu-

nera: id est troianis: legitur & illi: & aut Aenææ intelligimus: aut aduerbium loci est pro illic: ut in secundo Patet isti Ianua leto: pro istic. Parq; per omnes tempestas: alibi Quanta per idæos sæuis emissā mycenis Tempestas ierit campos. Inde cores: decor decoris facit: sicut auctor auctoris: decus decoris: sicut pecus pecoris: simili- militer facit in compositione indecor indecoris: ergo in neutro co breuis: in masculino producitur: unde appareret systolen fecisse Virgilium: nam indecores nominatiuus est pluralis a masculino ab eo quod est indecor: nam nō potest hic indecus facere: neutrum enim in us terminatum masculinum ex se nō facit: aut certe dicamus indecores declinationem esse: cuius nominatiuus singularis non inuenitur. In limine primo: quasi in ipso initio & aditu infelicitatis: & ad illud respexit quod supra dixerat: Semel agmine uerso Funditus occidimus. Multa dies: illi rei uehementer incumbit: quam dixerat Nec habet fortuna regressum dicens fortunam tam labores quā felicitatem pro temporum qualitate mutare. Dies: tempus. Lufit: deceptit: ut Quid natum toties crudelis tu quoq; falsis Ludis imaginibus? Et in solido rursus fortuna locauit: subaudi & multos: & est sensus: In solidum reuocauit oppressos & paulo ante derelictos: lufit uero & deceptit felices. Nō erit auxilio nobis aetolus & arpi: redit ad rem: quia occurrebat: sed negantur auxilia. Aetolum autem dicendo eius uires ex græciæ commemoratione debilitat. At mesapus erit felixq; tolumnius: bene dūo iunxit: quæ quæritur in bello fortitudinem & felicitatem: nam de Mesapo iam legimus: Quem neq; fas igni cuiq; nec sternere ferro. Vtrumq; autem contra Diomedem dicit: quem dicendo græcum inertem significat: infelicitatem uero eius supradicta legatorum uerba testantur. Nec parua sequetur gloria: liptotes figura: minus enim dixit quā uoluit: nā hoc significat latia pubes celerrime uictoriā adipiscet: quā uix græci post decēniū sint adepti. Est & uolscorū egregia de gente camilla: ut in septimo segregatā eā a uirorū multitudine effecit: & quā a sexu nō potest: laudat ex gente.

**D**ONA. Ille mihi ante: Multi de Mezentio intelligunt. Procubuit moriens: quasi intelligat nō uictum sed sua uoluntate cecidisse.

**C**HRI. Nostris: quasi dicat: quæ tu inuidiosissima esse se penumero expertus es: & dissimulanter ne illū offendat arguit meticulositatem. Oremus pacem: permissio est neque hoc ante pertulit quā demonstrauit non esse



## Aeneidos

orandum: & ostendat quanta ignominia futura sit: in hoc affirmat foelices eos qui ante occubuerunt quoniam hoc non uidebunt. ¶ Sin & opes: ostendit q̄ non sit cedendum quia adhuc & opes & auxilia supersunt latinis: nec omnia perdiderunt: & id quod perdiderunt nō sua ignauia: sed aduersa fortuna quæ mutari in melius possit perdiderunt. Adiungit postremo nec troianos sine clade discessisse a pugna. ¶ Non erit auxilio: cū supersint uires & opes latinis: nec minus afflicta sit hostium exercitus quā ipsi non uideatur esse: desperandum. Et quia responsa uenerant a Diomede quibus negauerat se auxilio uenturum ostēdit: multos esse duces qui iam uenerunt. His ergo omnibus argumentationibus non modo confutat desperationem rerū: sed omnia facilia ostendit: & omnia ostendit & turpia & inutilia: cum qui consultat tutum & honestum semper proponere debeat.

**¶ SER.** Quod si me solum Teucris in certamina poscunt: quia audiuit illum aspice cōtra qui uocat: etiam utitur ductu: nam oblique promittit se singulari certamine dimicare uelle: quum nolit: similiter & in duodecimo ait dicens irrisorie Sedeāt spectetq; latini. ¶ Tantumq; bonis communibus obsto: & in tantum obsum commodis publicis: ut nisi solus dimicauero cōcidat uniuersa rep. ¶ Non adeo: nō multum: nam uerecunde dicit assuetā esse manibus suis uictoriā. ¶ Tāta pro spe: ut solus dicat seruasse rēpu. ¶ Ibo animis contra: ac si diceret defunt uires corporis. ¶ Vel magnum præstet achillem: & præsto illū si melior illo sum: & præsto illi dicimus. Cice, in cæsaribus tāto ille superiores gloria uicerat: quanto omnibus tu præstitisti. ¶ Vulcani manibus paria induat arma: bene addidit Paria: nam etiam Aeneas habuit arma uulcāia: licet possumus dicere q̄ hoc Turnus non ignoraret, non tamen hoc ualde idoneum comprobatur. ¶ Vobis animam hanc soceroq; latino: bene sibi & fauorem conciliat populi: & a soceri nominis præiudicio Latini implicat uolūtātē. ¶ Vili ueterum uirtute secundus: dicimus & secundus illi & secundus ab illo. ¶ Nec drances potius siue hæc est ira deorum Morte luat: siue hæc uirtus & gloria tollat: Sensus obscure quidem dictus: sed facilis: & q̄ de usu nunq̄ recedat: nam ita irati de inimico dicitur consueuimus abeat: nec bonis meis nec malis intersit rebus: nolo sit aut gloriæ meæ participes: aut in me inuidiam ex infelicitatis communione commoueat: sicut nunc de Drance dicit: siue hæc ira deorū morte luat si periturus sum nolo inuidiam sustinere: si Drances pariter forte moriatur: si uero me uirtus & gloria comitabit: nolo ignauus felicitatis alienæ sit participes: si dū meis pugnat auspiciis forte superarit. ¶ Castra æneas aciemq; mouebat: ducebat exercitum: ut Nos castra mouemus: Luca, brūdufium

decimis iubet hanc attingere castris: id est decima deductione. ¶ Fremit arma iuuentus: hoc est fremebant ad arma: arma militaris uox est. ¶ Mussant: modo queruntur. ¶ Dissensu uario: alii enim Turni dicta: & alii Drancis probant. ¶ Piscoso ue amne padusæ: padusa pars est Padis: nam Padus licet unus sit fluuius: habet tamen fluentia plurima: e quibus qui est padusa quibusdam locis facit paludem: quæ plena est cygnorum. ¶ Stagna loquacia: in quibus habitant cygni loquaces. Rauci aut̄ τῶν μέσων est: nam modo canoros significat: alias uocis pessimæ: Iuuenalis: Rauci theseide codri: sicut uenenum etiam de bono & de malo dicitur: ut odor bonus & malus uocatur.

**¶ DONA.** Deuoui: qualitas ista uerborum miserationem potius: q̄ pugnaturi audaciam demonstrat.

**¶ CHRI.** Quod si me solum: hoc restabat de iis quæ in illum contorserat drances. Ergo pollicetur aperte si æneas hoc uelit se solum omnem bellum molem subiturum: neq; se esse adeo imbellem ut de uictoria desperet: ut quemquam quis fortissimum recuset. Postremo si pereundum sit paratus est deuouere animam. ¶ Socero & latino: id est ad salutem soceri & latinorum. Proprie enim deuouere est aliquid morti exponere: unde dicebatur milites deuoti: qui pro salute imperatoris mortem subire parati essent. ¶ Magnum præstet Achillem: Exhibeat se talem qualis Achilles fuit. ¶ Nec drances: Concludit quod siue uincendus sit propter iram deorum: siue ex uirtute reportaturus gloriam non uult. Drancem hæc pericula subire. ¶ Illi: hæc inter se: dum consultat: æneas exercitum ad obsidionem ducit: quæ res cum ciuibus summū afferret terrorē data est occasio Turno cum esset opus factō & non consulto: ut missio senatu ad arma concurreret omnibus sequentibus. Est tamē hic sensus moralis: nam demonstrat poeta ex temeritate principum multa detrimenta rebus publicis prouenire. ¶ Ruit: cum impetu uenit: ut solet in huiusmodi rebus fieri. ¶ Animi turbati: Nā tanta res non uenit sine

**Q**uod si me solū Teucris in certamina poscūt: Idq; placet: tātumq; bonis cōmunibus obsto: Non adeo has exosa manus Victoria fugit: Ut tanta quicq̄ pro spe tentare recusem.

Ibo animis contra: uel magnum p̄stet Achillē Factaq; Volcani manibus paria induat arma Ille licet: uobis animam hanc: soceroq; Latino Turnus ego haud ulli ueterum uirtute secūdus Deuoueo: solum Aeneas uocat: & uocet oro: Nec Drances potius: siue est hæc ira Deorum: Morte luat: siue est uirtus: & gloria: tollat.

Illi hæc inter se dubiis de rebus agebant

Certantes: castra Aeneas: aciemq; mouebat.

Nūcius ingenti per Regia tecta tumultu

Ecce ruit: magnisq; urbem terroribus implet:

Instructos acie Tyberino a flumine Teucros:

Thyrenamq; manū rotis descēdere campis.

Extemplo turbati animi: cōcussa; uulgi

Pectora: & arrectæ stimulis haud mollib; iræ:

Arma māu trepidi poscūt: fremit arma iuuet̄:

Flēt mœsti: mussantq; patres. hic ūdiq; clamor

Dissensu uario magnus se tollit in auras.

Haud secus atq; alto in Luco cū forte cateruæ

Confedere auium: piscoso ue amne Padusæ:

Dant sonitū rauci per stagna loquacia Cygni.



perturbatione etiam magnorum uirorum cum sint grauiā & quod maius est improuifa: plebei penitus consternabantur: cum enim putabant hostes assiduis uulneribus & cædibus consternatos se non nisi ad plures dies collecturos ipsi instructa acie aderant. Quia in re laudatur etiam æneas: quod uictoria bene ut sciuerit. Fremit arma iuuentus: distributio est unicuique enim tribuit quod sibi natura inditum est. Nam Iuuentus propter calorem sanguinis ad ulciscendum excitabatur. Senes autem cum & prudentia plus cernerent picula & ex frigiditate sanguinis minus auderent: flebant. Mustant: dubitant quā sententiam dicant. Mustare proprie dicunt murmurare: Ennius in occulto mustabant. Vulgo uero pro tacere dicitur ut idem Ennius: Non decet mustare bonos: ait Festus: Ego autem puto mustare per onomatopœiā dici & rem cum loqui cupimus & aut pudore: aut timore ita impedimur: ut potius murmur quā apertam uocē emittamus: ppeaq; dicitur mustare uel dubitare uel nō audere: Sta, Excussæ procerū mētes: turbataq; mustant cōsilia. Loquatia sta, roboatiā e uocibus cignog.

Immo ait o ciues arrepto tempore Turnus  
Cogite concilium: & pacem laudate sedentes.  
Illi armis in regna ruunt: nec plura locutus:  
Corripuit sese: & tectis citus extulit altis.  
Tu Voluse armari Volscorum edice Maniplis  
Duc ait: & Rutulos equites Mefapus in armis:  
Et cum fratre Coras latis diffundite campis.  
Pars aditus urbis firment: turesq; capessant  
Cætera qua iussu mecum manus inferat arma:  
Ilicet in muros tota discurritur urbe.  
Cōcilium ipse pater: & magna incepta Latinus  
Deserit: ac tristi turbatus pectore differt.  
Multaq; se inculsat qui non acceperit ultro  
Dardanium Aeneā: generumq; ascuerit urbi.  
Præfodiunt alii portas: aut saxa: sudescq;  
Subiiciunt: Bello dat signum rauca cruentum  
Buccina: tum muros uaria cinxere corona  
Matronæ: pueriq; uocat labor ultimus omnes.  
Nec nō ad tēplū: summasq; ad Palladis arces:  
Subuehitur magna matrum Regina caterua  
Dona ferens: iuxtaq; comes Lauinia uirgo  
Causa mali tanti oculos deiecta decoros:  
Succedūt Matres: & templum thure uaporāt:

Arrepto tempore: inuenta opportunitate. Sedentes: pigri: ut Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus. Armari: edice: figurate: dicitur armentur: edice autem est imperatiuus: nam ab omnium coniugationum infinito detracta re syllaba ultima fit imperatiuus: ut amare ama: docere doce: legere lege: audire audi: cum autem fac uel dic dicimus apocopen uerba patiunt. Maniplis: ars quidē exigebat ut ma haberet accentum: ni longa quidem est: sed ex muta & liquida: quod quoties fit tertia a fine sortit accentū: ut latebræ tenbræ: tamē in hoc sermone: ut secunda a fine accentū habeat uersus optinuit. Maniplis: signiferis: qui secundum antiquum morem in legione erant triginta. Legio autem habebat. vi. cohortes: sexaginta centurias: licet in his rebus accessu temporis ducum uarietas semper mutauerit militiæ disciplinam. Equites mēfapus i armis Et cum fratre coras latis diffundite campis: equitē in armis: idest armatum: nam figura est. Mefapus autem ut diceret uitauit homœoteleutō: nam uitiosum erat uoluse edice mēfape: ergo Mefapus aut antiquus est uocatiuus: ut Hesperidum fluuius regnator aquarum: item Socer arma latinus habeto: Aut certe nominatiuus est pro uocatiuo: quō etiam possit esse nominatiuus: ut sit Mefapus & Coras equitem diffundite pro diffundat: melior tamē est sensus superior. Cū fratre: scilicet cum Catillo: nam legimus Catillusq; acerq; coras. Qua iussu: pro qua iussero: & est antiquum. Ilicet: cōfestim ilico: quod ne diceret metri necessitas fecit: nam ilico dicimus. Magna incepta: quia de pace cogitabat: quā impleri non potuit. Multaq; se inculsat: pro multum: & est græca figura. Generumq; urbi: propter urbem. Luc. de Catone. Urbi

pater est: urbiq; maritus. Gener autem ideo dicitur: quia ad augendum genus adhibetur. Præfodiunt alii portas: idest anteportas fossas faciunt: quæ res nimiam indicat desperationem. Bello dat signū rauca cruentum buccina: bene bello dat: nam buccina insonans sollicitudinem: ac bella denunciât. sicut in septimo: Qua buccina signum dira dedit, prælium autem tubæ indicant: ut Attuba terribilem sonitum procul ære canoro increpuit. Vocat labor ultimus omnes: omnes ad laborem ultima necessitas conuocat. Nec non ad templum: secundum Homerum: qui indicat in summa desperatione matres ad templa concurrere: ut uictoria quæ non potest uiribus: possit deorum fauore conquiri. Sic enim monet Helenus

ἔντορ ἄταρ σὺ πολὺν δὲ μετέρχεο εἶπε δὲ πῆϊτα  
εἰς γήον Ἀθηναίης γλαυκῶπιδος ἐν πολείῳ αἴρη  
πέπλον ὅς οἱ Δονῆϊ χαριεστὸς ἠδὲ μὲγιστός  
θεῖναι Ἀθηναίης ἐπι γούρασιν ἄνομοιο.

μητερῖσθ και ἐμῆ: ἡ δὲ ξυνάγουσα γεραιάς  
οἰξάσα ἠλθισι θυρας ἱεροιο δομοιο  
εἰναίενι μέγαρον: και οἱ πολυφιλτατος αὐτῆ.

Subuehit: pprie, matrōe, n. pilentis uehebant: ad templa gentes: ut Pilentis matres i mollibus, matres nunc famine: quidā sane arbitrabant iter matronā & matrē familias hoc iteresse quæ matrona dicat prima pueri mater: mater familias quæ plures peperit, alii hoc putat rectius matronam dici quæ in matrimonio cum uiro conuerit: & in eo matrimonio manserit etiam si liberi nondum fuerint: dictam matris nomine: spe atq; omine: unde & matrimonium dictum, matrem uero familias esse quæ in mariti manu mancipiq; aut in cuius maritus manu mancipi esset quæ in familiam quoq; mariti & sui hæredis uenisset, alii matronas uirgines nobiles dicunt, matres familias uero quæ in matrimonium per coemptionem cōuenerunt, nam per quandam iuris solennitatem in familiam migrant mariti, inter matrem uero & matrem familias quod mater est præter illam significationem quæ est ad aliquid quæ tantum cōue-



Aeneidos

nit in matrimonium, quod alii matri familias sicut hoc loco applicuerunt, & Dona ferens: peplum scilicet: si-  
cut dixit in primo: ideo omisit hoc loco, nam Homeri locus est de hecuba peplum ferente hoc modo scilicet,  
ταὶ Δαροαλλισαν νατα ας υ γεριας  
ΕΝΘΕΣΑΥ ΟΙ ΠΕΠΛΟΙ ΠΑΜΠΟΙΝΙΛΟΙ ΕΡΓΑ ΓΥΝΑΙΚΩΝ  
των εν αειραμενη εναβη φερε δωρον σθηνη  
& Oculos defecta decoros: sicut Oculos suffusa nitentes,  
αυτη δεσ θαλαμον νατεβησα τονηδωντα  
Et paulopost,  
ος ναλλισος εην ποι νιλιασιν η δε μεγισος

¶ DONA. Nihil interpretationis habent hæc carmina.

¶ CHRI. Tempore: opportunitate temporis, & Cogite: pmissio est in re manifeste aliter suadete: est aut oratio ho-  
mini rei: & tempore accomodatissima, & Tu uoluse: Ostendit maximam imperatoriam uirtutem in eo fuisse quod ex tempore  
rebus diuersis optime consuluerit, & Dona ferens: est, n. huius sexus ut cum alia in bello auxilia ferre non possit ad deo-  
rum supplicationes conuertantur, & Oculos deiecit: ex pudore cum esset causa mali tanti.

¶ SER. De limine: ad preces festinantium mulierum  
ostenditur desiderium, & Armipotens p[re]s belli: antono  
masua sunt proprie. hæc autem omnis oratio uerbum  
ad uerbum de Homero translata est,

ποτνι αφηβαινη ερουσιπτολι δια θεαων,  
Præses autem belli, quæ præest omnibus bellis: cuius  
mutu semp bella tractant, & Frange manu telum: aut tua  
manu: aut in eius manu tela confringe, Homerus,

αξον δε εγχος διομηδεος,  
& Et ipsum pronum sterne solo: Homerus,  
η δε και αυτον προνεαδος πεσεειν,

Bene autem sub ipsis portis quasi ad quas festinabat  
Aeneas: unde est illud Præfodiunt alii portas, & Cin-  
gitur ipse furens certatim in prælia Turnus: ceco-  
nomia omnis hæc est: nam Turnus ideo cum mora ar-  
matur & in teo capite circa arcem incedens admonet  
singulos: ut a Lauinia possit uideri: & ut sit maior causa  
dimicandi dum sponsæ placere contendit, & Furens:  
amore Lauiniæ quæ uidebat: quod etiam sequens idicat  
comparatio: nam dicitur est: Aut ille ipse armatus  
tendit equarum, & Cingit in prælia: ut præliari pos-  
sit: ut si dicas lego in aduocatione, i. ut aduocatus es-  
se possim, & Iamq; adeo: aut uacat adeo aut certe sic si-  
gnificat: ut sit sensus: adeo sic præparat in prælia: ut et  
uniuersa arma præter galeam portaret, & Thoracæ in-  
dutus: omnia quæ in axe uenturæ græca masculina in obli-  
quo casibus a p[ro]ducunt: ut thorax thoracis: p[ir]ax p[ir]acis  
nam sceminina corripuit: ut climax climacis: sed ad la-  
tinum non trãseunt: Phalanx uero & aliter exit: peregrini-  
um est etiam apud græcos, & Alta decurrens arcus  
arce: illic enim & amata fuerat & Lauinia, Homeri,

νημηδας μεν πρωτα περι νημησιν εθνη  
ναλας αργυρεοισιν επι σφυρι οισ αραρμας  
δευτερον αυ εθρηνα περι σθηεσσιν ηδυνε  
αμφι δαρω μοισι βαλετο εσφος αργυροηλον  
χαληρον αυ ταρεπειτα σανος μεγα τεσβα-  
ροντε:  
ειλετο του δαπανευθε σελας γενεθηυτε με  
γαστε,

& Spe iam precipit hostem: mente preoccupat hostis ad  
uentum, & Qualis ubi abruptis fugit præsepia uiclis: et  
hæc comparatio Homeri est uerbum ad uerbum translata,

ως δοτετις σρατος ιππος ανοσσης επι φατη  
δεσμον απορρηξας βειη πεδιοιο κροαινων  
ειωθως λουεθε ευρηεις ποταμοιο,  
νυδιοων υφου δε ναρη εχει αμφι δεχαι ται  
ωμοις αισσοντα: ο δε α γλαηφι πεποιβυς

& Potitus: ab eo quod est potior ris: nam Subnixus iapto potius uenit ab eo quod est potior poteris: nam ut et supra diximus  
uerbum hoc modo tertiam: modo quartam iuenit esse coniugationis, & Arrectisq; fremit ceruicibus alte: arrectis ceruicibus fre-  
mit non alte luxurias, & Ad ter, deflu, dicendo defluxit arte & quadam moderatione descendendi significauit: quod est etiam  
in ascendendo apud huius rei pitos, & Sui merito si quod est fiducia forti: si unusquisque fortis habet aliquam confidentiam ex conscientia

Et mœstas alto fundunt de limine uoces:  
Armipotens belli Præses Tritonia Virgo  
Frange manu telum phrygii prædonis: & ipsum  
Pronum sterne solo: portisque effunde subaltis.  
Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus.  
Iamq; adeo Rutulum Thoracæ indutus ahenis  
Horrebat squamis: surasq; incluserat auro.  
Tempora nudus adhuc: lateriq; acciserat ensem.  
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce:

Exultatq; animis: & spe iam precipit hostem.  
Qualis ubi abruptis fugit præsepia uiclis  
Tandem liber Equos: campoq; positus aperto  
Aut ille impastus: armenta q; tendit equarum:  
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto  
Emicat: arrectisque fremit ceruicibus alte  
Luxurias: luduntq; iuba per colla: per armos.  
Obuia cui Volscorum acie comitante camilla  
Occurrit: portisque ab equo Regina sub ipsis  
Desiluit: quam tota cohors imitata relictis  
Ad terram defluxit equis: tum talia sature:  
Turne sui merito: si qua est fiducia forti:  
Audeo: & Aeneadum p[ro]mitto occurrem Turmæ:  
Solaq; tyrrhenos equites ire obuia contra.  
Me sine prima manu tentare pericula belli.  
Tu pedes ad muros subsiste: & mœnia serua.  
Turnus ad hæc oculos horreda in uirgine fixus:  
O decus Italiæ uirgo: quas dicere grates:  
Quas ue referre parat: sed nunc: est omnia quando  
Iste animus supra: mecum partire laborem,  
Aeneas: ut Fama fidem: missiq; reportant  
Exploratores: Equitum leuia improbus arma  
Præmisit: quaterent campos: ipse ardua motis  
Per deserta iugo superans aduentat ad urbem.

ριμφαεγου ναφερει μετα τηθεα καινο μονιππων



fortitudinis suæ: & ego audere nō dubito. Forti autē bene dixit: nam fortis communis est generis, hæc autem hoc uult dicere non sexū considerandū esse sed robur. Occurrere turmæ: equitatu: nā partē pro toto posuit. Quas dicere grates: secundū rhetoricam disciplinam dicit se uerba inuenire nō posse: quibus eius exprimat laudes: quū dixerit O decus Italia: sic alibi: Quibus cælo te laudibus æquem, cum præmiserit O fama ingens ingentior armis uir troiane. Sed nunc: ordo est: Sed nunc mecum partire laborem: nam per parentem dicitur est: Quando iste animus est super omnia: idest siquidem es magna: partire autem ideo quia illa dixerat: Solaq; tyrrhenos equites ire obuia contra. Quaterent campos: ad camporum perturbationem.

CDONA. Putabant: mulieres posse donis & precibus fauorem a dea impetrare.

CHRIST. Tēpora nudus: Nā ultima est ipsa galea q̄ sumatur. Tandē liber equus: optime bellicosum ducē bellicoso animali cōparat. Horrenda in uirgine: quod mirū est quod uirginalis uultus horrorem incutere possit. Quas dicere: idest agere uerbis. Referre: scilicet reddendo beneficiū. Neutrū ergo negat posse facere.

Furta paro belli conuexo in tramite siluæ  
 Ut biuias armato obsidam milite fauces:  
 Tu Tyrrenum equitē collatis excipe signis.  
 Tecum acer Mesapus erit: turmeq; Latinæ:  
 Tyburtiq; manus: ducis: & tu concipe curam.  
 Sic ait: & paribus Mesapum in prælia dictis  
 Hortatur: sociosq; duces: & pergit in hostem.  
 Est curuo anfractu Valles accommoda fraudi  
 Armorumq; dolis: quam densis frōdibus atrū  
 Virget utrinq; latus: tenuis quo semita ducit:  
 Angustæq; ferunt Fauces: aditusq; maligni:  
 Hæc sup in speculis: summoq; in uertice mōtis  
 Planicies ignota iacet: tutiq; receptus:  
 Seu dextra: leuaq; uelis occurrere pugna:  
 Siue instare iugis: & grandia uoluere saxa.  
 Huc iuuenis nota fertur regione uiarum:  
 Arripuitq; locum: & siluis insedit iniquis.  
 Velocem interea superis in sedibus Opim  
 Vnam ex uirginibus sociis: sacraq; Caterua  
 Compellabat: & has tristes Latonia uoces  
 Ore dabat: graditur bellū ad crudele Camilla  
 O uirgo: & nostris nequiq; cingitur armis  
 Cara mihi ante alias: nec. n. nouus iste Dianæ  
 Venit amor: subitaq; aīum dulcedine mouit:  
 Pulsus ob inuidiam regno: uiresq; superbas  
 Priuerno antiqua Metabus: cū excederet urbe  
 Infantem fugiens media inter prælia belli  
 Subtulit exilio comitem: matrisq; uocauit  
 Nomine Casmillæ mutilata parte Camillam.  
 Ipse sinu præ se portans iuga longa petebat  
 Solorum nemorū: tela undiq; saxa p̄mebant:  
 Et circumfuso uolabant milite Volsci.  
 Ecce fugæ medio summis Amasenus abundās  
 Spumabat ripis: tantus se nubibus imber  
 Ruperat: ille innare parans infantis amore

SER. Furta paro belli: insidias. Salu. Gēs ad furta belli peridonea. Biuias fauces: fauces dicuntur itineraria inter duos mōtes angusta & p̄ uia: dicta ad faucium animalium similitudinē. Collatis excipe signis: coniunctis ducibus quos memoraturus ē. Tyburtiq; māus: Catillus & coras duces. Et tu concipe curam: sicut ego: nā non dicit sicut Mesapus: aut alii: ne ei facere iniuriā uideat. concipe autē simul cū eis: cum. n. cōiunctiua particula ē: unde & cōuocari de pluribus dicimus. Valles: metri necessitate compellimur: ut uallis dicamus. Staius: Vallis in amplexu nemorū sedet: nā plenū ē ualles: ut nūc Vir. posuit: q̄ ita esse diminutio indicat: nā uallecula ut uulpes uulpecula facit: ergo in es uel in is quādo usurpatiuē quādo naturaliter exeūt noīa: sola diminutio indicat. eas autē q̄ in es exeunt longa sunt oīa si in genitiuo non crescant: ut labes uulpes ualles: nā si crescant breuiā sunt: ut miles tis. Quo semita ducit: legis & qua. Aditusq; maligni: pprie obscuri: ut Sub luce maligna. Ignota. Aeneas: nam de Turno dicturus ē: Huc iuuenis nota fertur regione uiarū. Tutiq; receptus: male quidā recessus legunt: nam receptus dicitur quo se tutus recipit exercitus: unde & signa receptui canere dicunt. Seu dextra leuaq; uelis occurrere pugna: siue p̄ ualles: siue p̄ mōtis radices. incertum est. n. q̄ sit uetus Aeneas. Arripuitq; locū: rapit tenuit. Insedit: pprie. nā insidere ē dolose aliquid expectare: unde & insidiæ noīatæ sunt. Velocē interea: licet interea particula negocia semp̄ p̄teritis futura coniungat: tamen abruptus est & uituperabilis trāsitus. habet at tales trāsitus & in superioribus libris: & in sequenti præcipue ubi Iuppiter appellat Iunonē. Opim: opim quādo dicitur nymphā significamus: si at dicimus opē auxiliū intelligimus. Ter. Iuno lucina fer opē: serua me obsecro. opes uero numero plurali auxilia & cēsus accipimus: nā Ops terra est uxor Saturni: quā græci Rheā uocant. Tristes uoces: habitū futuræ ofonis oīdit. Ore dabat: pleonasmos. Bellū ad crudele camilla: uno uerbo exitū rei docuit. Nris neq; armis: nris qbus utraq; gaudem⁹: ut et ipsa habeat cām doloris & maioris iracundiæ. Nec enim nouus iste dianæ uenit amor: firmiores sunt antiquiores amicitia. Te. Per amicitia q̄ coepta a paruulis cū ætate creuit simul. Iuue. Ille excludatur amicus lā senior cuius barbā tua Ianua uidit. Pulsus ob inuidiā. crudelitatis: nā sequit Neg; ipse manus feritate dedisset. Antiqua: nobili urbe: nā hoc priuernū dicit. Iuga longa petebat: longe posita remotiora. Salu. Et Metello procul agente longa spes

auxiliorum: idest longe posita. Solorum nemorum. desertorum. Ter. Venit meditatus alicunde ex solo loco. Item ipse Nō ne hunc abiici oportet in solas terras. Fugæ medio: dum fugit inter fuga: nam figuratum est.



**CDONA.** Excusat exilium: Metabi q̄ non sua culpa sed inuidia: id est superbia ciuium sit pulsus: & fugiens non opes sed filiam eripuerit hac causa Dianæ fauorem meruit.

**CHRIST.** Furta belli: insidias quæ in bello furtim parantur. Est curuo: topographia: id est loci descriptio. Pulsus ob inuidiam: mixta poetæ ingenium: nam cum Camillæ geneologia narratio alius modis apte non incidere: efficit ut illa ex ore Dianæ quadraret. Ob inuidiam: ergo innocens: ac propterea dignus qui a Diana exauditus sit. Vires superbas: scilicet aduersariorum: non autem superbas: id est nobiles: sed quibus superbe & non iuste uterentur: superbas igitur tyrannicas. Priuerno antiqua: id est chara: ut sit pathos: quia sit coactus relinquere charissimam patriam: nam pathos per sæpe a loco gignitur. Et dulces moriēs reminiscitur argos. Est autem priuernum oppidum quod hoc tempore pipernum appellat. Infantem: commiseratio ab ætate. Media inter prælia: comendatio Metabi a pietate quia nullo periculo prohibitus est relinquere infantem. In qua re etiam ostenditur animi fortitudo. Exprimatur etiam uis naturæ. Nam demonstratur quanta sit paterna charitas. Exilio comitem: quasi dicat: quæ futura sibi esset solatio in erumnis. Camilla: antiqui appellabant camillos: & camillas ministros: & ministras sacrorum. uolunt tamē alii non camillos sed casmillos esse appellatos: & litteram subtractam etrusca prononciatione: qui eam non prononciabāt propter quod in litteras liquidas accessit: Etrusci Camillum appellant Mercurium Iouis ministrum & hoc uidetur a græcis manasse: Samothracæ magnorum illorum deorum ministros casmillos appellant.

**SER.** Caroq; oneri timet: Anacreon πορτοῦ ἐποῦς: id est onus amoris. Vix hæc sententia sedit: ideo uix quia naturale est: ut quoties simul multa cogitamus uix aliquid comprobemus: unde uera distinctio est omnia secum uersanti subito. Et robore cocto: aut antiquam hastam fuisse significat: nam multi temporis aliquid coctum uocamus. Horatius: Plerunq; recoctus Scriba ex quinq; uirocorum deludet hiantem. Ita Persius: Vt ramale uetus prægrandi subere coctum: Aut re uera cocto robore: hastæ enim plerunq; igni durari consueuerunt. Huic relo: scilicet natam implicuit. Libro: liber dicitur interior corticis pars quæ ligno cohæret. alibi: Alta liber aret in ulmo: unde liber dicitur in quo scribitur: quia ante usum chartæ uel membranæ de libris arborum uolumina compaginabantur. Ipse pater famulam uoueo: bene ipse pater: quia aucto randi potestatem nisi patres non habent. Voueo autem consecro in tuum ministerium: unde & Camilla dicta est: licet supra dixerit & a matre esse nominatam: sed illud poetice dictum est: nam Camilla quasi ministra dicta est. ministros enim & ministras impuberes Camillos & Camillus in sacris uocabat. unde & Mercurius hetrusca lingua Camillus dicitur: quasi minister deorum. Sonuere unda: hic distinguendum est. Infelix camilla: non eo tempore quo euasit: sed nunc infelix: plerunq; enim epitheta præsentis temporis sunt: licet & peractis negociis: ut in secundo Infelix quæ se dum regna manebant Sæpius Andromache ferre in comitata solebat. Non illum tectis ullæ non mœnibus urbes acceperunt: mirum a nulla hunc ciuitate susceptum: nam licet Priuernas esset: tamen quia in thuscorum iure pene omnis Italia fuerat: generaliter in Metabum omnium

odia ferebantur: nam pulsus fuerat a gēte uolscorum: quæ etiam ipsa hetruscorum potestate regebatur: quod Cato plenissime executus est: hinc est Multæ illam frustra tyrrhena per oppida matres: quod non procedit nisi inter eos essent iura connubii. Non mœnibus urbes acceperunt: non tectis non mœnibus: hoc est nec in ciuitate nec in priuatam admissus est domum: & sic ista etiam in primo separauit: ut Vrbe: domo socias. Scindum autem mœnia abusiue dici omnia publica ædificia: ut Diuidimus muros & mœnia pandimus urbis: nã proprie mœnia sunt tantum muri: dicta quasi munia a munitione ciuitatis. Manus dedisset: consensisset. & hoc dicit si qui etiam eum suscipere uoluissent: ille tamen eorum consortia morum feritate fugisset. Pastorum & solis exegit montibus æuom: & pastorum æuom exegit in montibus solis: id est pastoralis usus est uita. Armentalis equæ: indomitæ: unde sequitur Lacte ferino.

**CDONA.** Telum immane bellator: Nã opus fuit ingenti relo & bellatore: id est uiro forti ad rem perficiendā.

**CHRIST.** Versanti subito uix hæc sententia sedit: ostendit celeritatem in consilio capiendo: nam insectatio hostilis non dabat longum spacium ad consultandum: ergo uersanti subito: id est cogitanti cum celeritate uix

Tardatur: caroq; oneri timet: omnia secum

Versanti: subito uix hæc sententia sedit.

Telum immane manu ualida qđ forte gerebat

Bellator solidum nodis: & robore cocto:

Huic natam libro: & siluestri subere clausam

Implicat: atq; habilē mediæ circumligat hastæ.

Quā dextra ingenti librans: ita ad æthera fat

Alma tibi hanc nemorū cultrix Latonia Virgo

Ipse pater famulā uoueo: tua prima per auras

Tela tenēs supplex hostem fugit: accipe testor

Diua tuam: quæ nūc dubiis committit auris.

Dixit: & adducto contorium hastile lacerto

Immittit: sonuere unda: rapidum super amnē

Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.

At Metabus magna propius iā urgēte caterua

Dat sese fluuio: atq; hastam cū Virgine uictor

Gramineo donum Triuix de cespite uellit.

Non illum tectis: non ullæ mœnibus urbes

Acceperunt: nec ipse manus feritate dedisset:

Pastorum: & solis exegit montibus æuom.

Hic natam in dumis: interq; horrentia lustra

Armentalis Equæ mammis: & lacte ferino

Nutribat: teneris immulgens ubera labris.



fedit hæc sententia. Ostendit igitur quod & in consulendo usus est breuiate temporis & statim post captum consilium rem est aggressus. Ergo uix fedit sententia: id est uix placuit: & est aggressus. Circunligat habilem: id est ita circunligat in ea parte hastæ: ut possit esse habilis: id est facile haberi & tractari. Ipse pater: qui potestatem uouendi habeo: Educatio autem asperrima huius foeminae reddit illam parem uiris: nam ut ostendit Plato ut in cæteris animalibus ita in homine foemina mari se parem præstaret: nisi molliori educatione mollior redderetur. Quapropter spartanæ mulieres quia ut uiri exercebantur robustiores erant: quod optime Lycurgi legibus institutum est.

Vtque pedum primis infans uestigia plantis  
 Institerat: iaculo palmas onerauit acuto.  
 Spiculaque ex humero parua suspendit: & arcum  
 Pro crinali auro: pro longæ tegmine Pallæ  
 Tigridis exuuia per dorsum a uertice pendet:  
 Tela manu iam tum tenera puerilia torfit:  
 Et fundam tereti circum caput egit habena:  
 Strymmoniaque Gruæ: aut albam deiecit Oloræ.  
 Multa illam frustra Tyrrhena per oppida menses  
 Optauere nurum: sola contenta Diana  
 Aeternum telorum: & uirginitatis amorem  
 Intemerata colit: uellem haud correpta fuisset  
 Militia tali: conata laceffere Teucros.  
 Cara mihi: comitumque foret nunc una meaque.  
 Verum age: quando quidam fatis urget acerbis  
 Labere Nympha Pulo: finesque inuisitatinos  
 Tristis ubi infausto committit omine pugna:  
 Hæc cape: & ultricem pharetra de peme sagittam.  
 Hæc: quicumque sacrum uiolarit uulnere corpus:  
 Tros: Italique ue mihi pariter det sanguine pœnas.  
 Post ego nube caua miserandæ corpus: & arma  
 Inspoliata feram tumulo: patriæque reponam.  
 Dixit: at illa leuis cæli demissa per auras  
 Insonuit nigro circumdata turbine corpus.  
 At manus interea muris Troiana propinquat:  
 Hetruscique duces: equitumque exercitus omnis

scit enim syllaba: ab eo quod est felicia ut felicium dicamus non procedit ne minor sit genitiuus nominatiuo plurali: similiter & ultricem & uultricem dicimus: licet in his neutrum genus in numero singulari non inueniatur. Violarit uulnere corpus: quia dixit sacrum. Tros Italus ue mihi: si simpliciter accipimus: ita intelligamus siue eam troianus interemerit: siue aliquis de Aenæ auxiliis, namque alii uolunt Aruntem de Turni esse partibus: & indignatum foemineum sexum plus in bello potuisse quam re hic dicunt perstrinxisse Virgilius: & re uera sic ubique loquitur: ut incertum sit Aruns de cuius partibus fuerit: unde est illud: Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis. Pariter: similiter uno modo: & est antiquum. Plautus in aulularia: Filium pariter moratum. Miserandæ corpus: hæc in œconomia præiudicia nominantur: quoties negotii futuri exitus tollitur: uult enim nos de Camillæ caduere nil ulterius expectare: sicut in primo fecit: Tu faciem illius noctem non amplius unam Falle dolo: quod præmissum sustulit commemorationem quando uel Cupido discesserit: uel Ascanius sit reuersus. Arma inspoliata: aut indetracta: aut ipsius inspoliata. Nigro circumdata turbine corpus: quia ad mœrorem luctumque descendit, contraque in octauo ubi ad lætitiã descendit Venus: claro eam nimbo circumdatam dicit: ut At uenus æthereos inter dea candida nimbos. Hetruscique duces: hetruria dicta est quæ eius fines tendebantur usque ad primam ripam Tyberis: & quasi ἑτεροῦπρία: & per syncopam ἑτεροῦπρία: Nam ἑτερος est alter: & οπος finis. Roma enim antea unam tantum tyberis ripam tenebat: luuenalis: Et quæ imperii fines tyberinum uirgo natauit.

CHRI. Intemerata colit: qua integritate iure: ita a Diana amabatur, ut cum non posset illi eripere lætum saltem pararet illi ultionem. Moralis autem sensus est qui deum colunt ab eo non deseri.





**C**SER. Cōpositi numero: id est rationabiliter: unde & sapenmero dicimus: id est frequenter & rationabiliter: hinc est Tum uero in numerum: id est in rationem in rhythmum: unde & metra numeros dicimus: ut Numeros memini si uerba tenerē. Sane modo est generalis descriptio equestris certaminis. paulo post descendit ad specialem: sicut fecit in quinto & de cursoribus & de nauali certamine. **H**orret ager: id est terribilis est. ut Hom. φρικὰ γούσινα ἀρούρα. Est autem uersus ennianus uituperatus a Lucillio dicente per irrisionem debuisse eam dicere Horret & alget. unde Horatius de Lucillio: Nō ridet uersus enni grauitate minoris. **C**āpīq; armis ardent: resplendent. & euripides in phænissis. ναταχάλλον ἄπεν πῆδιον ἀσπαπτῆν. **C**eleresq; latini: alludit ad militiā romanam: namq; & equites habuit Romulus: ut illo diximus loco: Tercentū scutati oēs uolscēte magistro: quos celeres appellauit uel a celeritate: uel a duce Celere: qui dicitur Remum occidisse: in cuius gratiā uicem a Romulo fieri tribunus equitū meruit: & tribunus celerū appellatus est. **A**la camillā: equitatus. Ala autem dicuntur equites q; alarum uice pedestrem exercitum tegūt. **I**ntra iactum teli: Homericum est. εὐβελῶους unde possit hasta missa in hostem uenire: hinc traxit Stat. Diceret quale quater iaculo spatium ter arūidine metas est & enniana oīs hęc ambiciosa descriptio. **P**ræcipitat: p̄ p̄cipitatur. **R**eiiciūt parmas & equos ad mœnia torquēt: reiciūt retro agunt. Sane nūc fugiūt nō timore sed lege præliandi. Salustius More equestris prælii sumptis tergis ac redditis. **M**ollia: domita: domitorum scilicet qui facile flectuntur. **S**uper iacit undam: super scopulos undam iacit. nam more suo dedit uerbo de tractam nomini præpositionem. **S**inu: curuatiōe: & flexu undarum. **E**xtram autem ad illud pertinet: quod ait supra: Penitusq; datis referuntur habenis. **A**estu reuoluta resorbens saxa fugit: aestus proprie est maris incerta commotio: Crescentis & decrescētis: unde aestuaria dicta: & Plautus in asinaria: quomagis te i altum capefcis: aestus te in portum refert. **V**ado labēte: hypallage pro labens ipse per uadū. **E**t sanguine in alto: εὐφῶτινος cædis ostēdit magnitudo. **H**astā intorsit equo: figurate: nā intorqueo in equum dicimus: ut In latus inq; feri curuam compagibus aluū Cōtorfit: equo ergo pro inequū. **F**erumq; sub aure reliquit: ex uulneris genere eū fugiētem itelligimus eē percussum. **V**oluitur ille excussus humi: humi uoluit: nā excussus p̄ se plenum est.

**C**HR. Numero: recto ordine. **A**equore: loco cāpestri. **P**ræsis habēnis: p̄ multi enim interest i pugna scire uti equo habereq; illū quocūq; flectere uelis. **I**n auras: ex opinione illoꝝ q; aiām uentū credūt eē. **R**eiiciūt: p̄ timore terga uertūt & dū uertūt terga illa parmis opitū. **V**ersiq; latini: nā cū ad mœnia peruēissent freti auxilio suoꝝ in hostes iterū redeūt. **H**i fugiūt: & qm̄ apud mœnia piculosior esset pugna: & quoniā in sequēdo hostes acies late uagātes a suo ordine discesserāt: unde nō erat facile ineptū sustinere. **D**atis ha admisso cursu. **Q**ualis: ubi nō ē cōparatio ad propriam naturam maris quod obseruatis temporibus aliquot horis ifluit: & aliq̄ refluit: de qua re alio loco disputatū est. **E**t Albertus magnus ostendit: quare nō omnia maria mouētur: neq; omnia q̄ mouētur eodē modo mouentur sed comparat mari uentis intumescenti: in quo fluctus fluunt: ad littus ac refluant.

Cōpositi numero i turmas: fremit æquore toto  
 Insultans Sonipes: & pressis pugnat habenis  
 Huc obuersus: & huc: tum late ferreus hastis  
 Horret ager: campiq; armis sublimibus ardet.  
 Nec non mesapus contra celeresq; Latini  
 Et cum fratre Coras: & uirginis ala Camillæ  
 Aduersi campo apparent: hastaq; reductis  
 Protendunt longe dextris: & spicula uibrant:  
 Aduentusq; Virū: fremitusq; ardescit Equoꝝ:  
 Iamq; intra iactum teli progressus uterq;  
 Substitit: subito erumpit clamore: furētēsq;  
 Exhortantur equos: fundunt simul undiq; tela  
 Crebra: Niuis ritu: Cælumq; obtexit umbra:  
 Continuo aduersi Tyrrhenus: & acer Acōteus  
 Connixi incurrunt hastis: primiq; ruina  
 Dant sonitu igenti p̄ fractaq; quadrupedantū  
 Pectora pectoribus rumpit: excussus Acōteus  
 Fulminis in morem: aut tormēto pōderis actis  
 Præcipitat longe: & uitam dispergit in auras.  
 Extemplo turbata acies: uersiq; Latini  
 Reiciunt parmas: & equos ad mœnia uertūt,  
 Troes agunt: princeps turmas inuasit Asillas.  
 Iamq; propinquabant portis: uersiq; Latini  
 Clamorem tollunt: & mollia colla reflectunt.  
 Hi fugiūt: penitusq; datis referuntur habenis.  
 Qualis ubi alterno procurrans gurgite Pōtus  
 Nunc ruit ad terrā: scopulosq; superiacit undā  
 Spumeus: extremamq; sinu perfundit arenā.  
 Nūc rapidus retro: atq; aestu reuoluta resorbēs  
 Saxa fugit: littusq; uado labente relinquit.  
 Bis Thusci Rutulos egere ad mœnia uersos:  
 Bis reiecti armis respectant terga tegentes:  
 Tertia sed postq; congressi in prælia totas  
 Implicuere inter se acies: legitq; uirum Vir:  
 Tū uero & gemitus moriētū: & sanguine in alto  
 Armaq; corporaq; & permixti cæde uirorum  
 Semianimes uoluuntur eq; pugna aspa surgit:  
 Orsilochus Remuli (qm̄ ipsū horrebat adire)  
 Hastā intorsit equo: ferrumq; sub aure reliq;  
 Quo sonipes ic̄tu furit arduus: altaq; iactat  
 Vulneris impaciens arrecto pectore crura.  
 Voluitur ille excussus humi: Catillus lolam  
 Ingentemq; animis: ingētem corpore: & armis



**C**SER. Deicit herminium: nomen hoc de historia romana est: nam cum Coclite contra thufcos Lartius & Herminius steterunt tempore quo pons publicus rumpebatur: unde & eum plurimum laudat: ac si diceret talis qualis fuit ille: Tantus in arma patet: ratum patebat in uulnere: id est in hostilia tela totus patebat: Per armos: abusiue: nam proprie armi quadrupedum sunt: Exultat amazon: suspendendum exultat: ut amazō intelligas quasi amazon: nam Camilla uolscā fuerat: sicut in primo. Dederatq; comam diffundere uentis Venatrix: id est quasi uenatrix: Indefessa: in fatigabilis: & omnia arma amazonum tradit: quas Titianus unimā

Deicit Herminium: nudo cui uertice fulua,  
Cæsaries: nudiq; humeri: nec uulnera terrent  
Tātus in arma patet. latos huic hasta p armos  
Acta tremit: duplicatq; uiri trāssa dolorem.  
Funditur ater ubiq; cruor: dant funera ferro  
Certantes: pulchramq; petūt p uulnera mortē.  
At medias inter cædes exultat Amazon  
Vnū exerta latus: pugnae: pharetrata Camilla:  
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat:  
Nunc ualidā dextra rapit indefessa bipennē.  
Aureus ex hūero sonat Arcus: & arma Dianæ.  
Illa etiam: si quando in tergum pulsa recessit:  
Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.  
At circum lectæ comites Larinaq; uirgo  
Tullaq; & aratam quatiens Tarpeia securim  
Italides: quas ipsa decus sibi Dia Camilla  
Delegit Pacisq; bonæ: Belliq; ministras:  
Quales threiciæ cum flumina Thermodōtis  
Pulsant: & pietis bellantur Amazones armis:  
Seu circū Hippolyten: seu cū se martia curru  
Penthesilea refert: magnoq; ululante tumultu  
Fæminea exultant lunatis agmina Peltis.  
Quē telo primū: quē postremū aspera Virgo  
Deicis: aut quot humi morietta corpa fundis:  
Eumenium Clycio primū patre: cuius apertū  
Aduersi longa transuerberat Abiete pectus.  
Sanguinis ille uomens riuos: cadit: atq; cruētā  
Mādit humū: moriesq; suo se i uulnere uersat.  
Tum Lirin Pegalumq; sup: quorū alter habēas  
Suffosso reuolutus equo: dum colligit: alter  
Dum subit ac dextram labēti tendit inermem  
Præcipites: pariterq; ruunt. his addit Amastrū  
Hippotadē: sequiturq; incūbēs eminus hasta:  
Tereaq;: hat palicūq;: & demophoōta: chrōiq;  
Quotq; emissa manu cōtor sit spicula Virgo:

mas uocat: nam hoc est amazon quasi αἰὲν ἀσφοῦ.  
Spicula fugientia: pro ipsa fugiens: At circum lectæ comites: subaudi dimicant: qd̄ & sequens amazonum indicat comparatio: quæ inducuntur circa reginam bella tractantes: Larinaq; uirgo: nomina hæc nobilissimarum sunt Italiae fœminarum: Italides: pulchra deriuatio nō uera: nam uerum est itala: Italidis autem unde Italides magis patronymicū est quam deriuatiuum: sicut belias: unde & belides.  
Quas ipsa decus: decus & ad delectas & ad ipsam potest referri: decus autem si ad Camillam: nobilitas: pulchritudo: si ad delectas: ornamentū. q̄s sibi elegit ornamentū. ad ornamentū. Dia camilla: generosa εὐγενής: nam græcum est: cuius nominis ætymologia pleriq; uolunt uenire ἀπο τοῦ Διός: quod si sic est dicemus dissentire deriuationem a principitate: nam dia di producit cum Διός corripit: si cut econtra quum lux producat: lucerna lu corripit.  
Pacisq; bonæ belliq; ministras: cōgruum paci epitheton dedit: ut eam bonam diceret: quum bellum econtra sit pessimum: Nam sine dubio & belli sæui diceret: si ratio uersus admitteret. Quales threiciæ: Tanais fluuius est: qui separat Asiam ab Europa: circa quem antea Amazones habitauerunt: unde se postea ad thermodonta fluuium thraciæ transtulerunt quod etiam Salustius testatur dicēs: Dein campi themiscyrei quos habuere Amazones a Tanai fluuio incertum q̄ ob rem digressa. Thermodontis: plenum est: Thermodon: sed per synæresim Thermodon fecit: unde don circumflexum habet accentum: græca enim nomina necesse est ut circumflectantur quoties sit synæresis exigente metri necessitate: ergo si sit Thermodoondo acutum habebit accentum: quod si Thermodon fecerit: & in finalem transfertur: & mutatur accentus: nam sit circumflexus. Pulsant: Ennius ad musas: Quæ pedibus pulsatis olympum. Bellantur: pro bellant. Nam solent uerba pro uerbis poni: unde passiuam nunc declinationem sub actiua posuit significatione: sic in Georgicis: Et placidam paci nutritor oliuam: futurum tempus a passiuo posuit pro presenti ab actiuo: nam nutritor pro nutri posuit: sic apud Cicero: in officiis neq; ad eius qui punitur aliquem aut uerbis castigat: sed ad reipū. utilitatem referri punitur pro punit: unde est econtra: Nox humida cælo præcipitat: pro præcipitatur: actiuū pro passiuo. Hippolyten: hæc amazonum fuit regina: cui uictæ Hercules baltheum sustulit. Martia: aut bellicosa: aut Martis filia. Amazones. n. se parente marte natas esse

gloriari solebant. Quē telo primū: quē postremū: homericū est interrogationē ad ipsum referre: q̄ describit.  
Cum musæ interrogari consueuerint: ut Vos o calliope prætor aspirate canenti. Aspera uirgo: epitheton ad officiū belli respiciēs: alias incōgrue uirginē asperā dicimus. Eumeniūq;: q̄a latina est declinatio iō ne accepit accētū: nā Stadius q̄a græce declinauit græcū accētū posuit dicens: Nūc eumeniū ante: & nūc ante thoas. Loga abiete: hasta abietali: nā arbore pro hasta posuit. Suffosso: casuro: nā suffossi equi dicunt: quos uulgo cespita-



tores uocant. Alii suffuso legunt: id est praecipiti: & iam cadenti. Dum subit: scilicet dum se ad sustentationem ruentis inclinat: & uult utrunq; tanta celeritate esse percussum: ut unum ictum putares: inde est enim Praecipites pariterq; ruunt. His addit amastrum: adiungit.

**CHR.** Amazonum: de his dictum in superioribus. Addam hoc q; missus Hercules ab Eurytheo: ut cingulum reginae Amazonum referret: praelium commisit in quo ex Amazonibus praestantissime cecidere: Aella philippis: Protea: Eribia: Celeno: Phoebe: Arthemis. Capte autem fuerunt: Deidamia: Asteria: Marpe: Termessa: Marpeffa: Achlipa: quae cingulum Hippolytae seruabat. Antiope Theseo data quae a plerisque hippolyte appellabatur. Quem telo: quasi dicat: tantam fuisse stragem ut hoc discerni non potuerit. Habet autem ista interrogatio: & admirationem: & exclamationem quod foemina haec potuerit.

**SER.** Armis ignotis: nouis inconsuetis. Lapyge: appulo equo. Pellis erepta iuueno: id est lorica. Nam proprie lorica est tegmen de loro factum: quo maiores in bello uti consueuerant. Agrestisq; manus armat sparus: bene agrestis: Na sparus est rusticum telum in modum pedi recurrum. Salu. Sparos & lanceas alii preacutas sudes portare. Vertitur in mediis: id est agit: nam graece  $\alpha\nu\sigma\sigma\eta\ \phi\epsilon\tau\alpha\iota$  dixit. Toto uertice supra est: Statius de Capaneo: Et totum transcendit corpore bellum. Hunc illa exceptum: fraude circumuentum: ut Aemulus exceptum triton. Traicit: uis iactus ostenditur. Siluis: pro in siluis: & est archaismos casus pro casu. Muliebris armis: usus optinuit ut in nuptas uirgines nuptas mulieres uocemus: Nam apud maiores indiscrete uirgo dicebatur & mulier: utrunq; enim sexum ratum significabat: ut ecce hoc loco dicit armis muliebris: cum Camillam innuptam fuisse manifestum sit. Item in Bucolicis legimus: Ah uirgo: cum Pasiphaen constet ex Minoe ante amorem Taurifilios suscepisse. Terentius etiam mulierem post partum uirginem uocat in ecyra: Nam uitium est oblatum uirgini olim ab nescio quo improbo. Nomen tamen haud leue patrum manibus hoc referes: te lo cecidisse camilla: irrisio est amaritudinis plena: nam si uouerimus simpliciter accipere: ut ita sit dictum: quemadmodum supra Aeneae magni dextra cadis incipit contrarium esse superioribus: unde melius est ut pseueremus in sensu: & ita sit dictum magnum reuera gloriam laturus est ad manes parentum: quem foeminea tela superabunt. Sedentis: equis. Sane eum ex uicino intelligimus esse percussum. Interior: sinisterior: breuiore: scilicet circulo. Congemmat: hic distinguendum est: nam nemo dicit securim uulnus congemmat: sed securis. Incidit huic: figurate pro in hanc. Terentius: Ego in eum incidi infelix locum: ut neq; mihi amittendi neq; retinendi sit copia. Appenninicae bellator filius auni: quia liguria maiore parte sui appennino est constituta. Ligures autem omnes fallaces sunt: sicut ait Cato in secundo originum libro. Filius auni: Aunus: scilicet nam ut supra diximus cum dictis parentibus filiorum nomina supprimant eos patris cognomines intelligimus: ut Tiburti remulo ditissimus olim. Versare dolos ingressus: tractare: ut Seu uersare dolos: seu certe occumbere morti. Astu: malitia: nam proprie astutos malitiosos uocamus: unde in Terentio postquam de domino dixit seruus astute: Ille iratus ait Carnifex quae loquitur. Cicero Ita fit ut ista ratio existimetur astuta: meum tamen hoc consilium necessarium. Dimitte fugam: equi celeritatem cui fidis relinque. Fuga: id est celeritas: ut Iuuenalis etiam indicat uersus cuius clara fuga ante alios & primus in aequore puluis.

**CHR.** Sedentis: id est illius equitis qui in equo sedet. Lucent: apparent: quoniam rima quae est inter finem galeae: & summitatem parmæ relinquit illam partem corporis apertam. Congemmat: scilicet: id est duplicant uulnus agendo securim. Incidit huic: id est in hunc. icidere autem in aliquem est cum nihil tale expe-

Tor phrygii cecidere uiri: pcul Ornitus armis Ignotis: & equo uenator lapyge fertur.

Cui pellis latos humeros erepra iuueno

Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus

Et malae texere Lupi: cum dentibus albis:

Agrestisq; manus armat Sparus: ipse cateruis

Vertitur in mediis: & toto uertice supra est.

Huc illa exceptum (nec. n. labor agmine uerso)

Traicit: & super hac inimico pectore fatur.

Siluis te Tyrrhene feras agitare putasti.

Aduenit qui uestra dies muliebris armis

Verba redargueret: nomen tamen haud leue: Patrum

Manibus hoc referes telo cecidisse Camillae.

Protinus Orsilochum: & Butem duo maxima Teucorum

Corpora: sed Butem aduersum cuspide fixit

Loricam: galeamq; inter: qua colla sedentis

Lucent: & leuo dependet Parma lacerto.

Orsilochum fugiens: magnumq; agitata per orbem

Eludit gyro interior: sequiturq; sequentem.

Tum ualida: perque arma uiro perque ossa securim

Altior insurgens oranti: & multa precanti

Congemmat. uulnus calido rigat ora cerebro.

Incidit huic: subitoq; aspectu territus haesit

Appenninicae bellator filius Auni

Haud ligurum extremus: dum fallere fata sinebant.

Isq; ubi se nullo iam cursu euadere pugna

Posse: neq; instantem reginam auertere cernit:

Consilio uersare dolos ingressus: & astu:

Incipit haec. quid tam egregium si foemina forti

Fidis equo: dimitte fugam: & cominus aequo

Mecum crede solo: pugnaq; accinge pedestri.



stantes aliquam obuiam offendimus. Sæpius autem dicimus hoc de re infelici quæ de felici. Appennicola: liguribus maior enim liguriæ pars in montibus ab Appennino deductis posita est. Auno: non sine ratione fictum nomen. Nam Aunus antiquissimus rex est liguriæ. Fallere: nam urtium uernaculum est illius nationis. Cato in originibus ait: ligures esse uersipelles: fallaces: malignos. Consilio & astu: id est astuto consilio. Astu autem malitiosa calliditas est dictum ab asty græce urbe: nam qui intra urbes uersantur callidiores sunt quam qui in agro degunt. Asty autem non omnes græci sed Athenienses urbem dicunt: quod uerbum ægyptiacum est. Athenæ enim ut est apud Plato. ægyptiorum colonia est. Fraudem recte ut puto: Seruius fraudem: & non laudem legit. Non autem placet quod fraus pœnam significet: Nam quauis dicat Salustius: diem statuit antequam sine fraude liceat ab armis discedere. Sententia est antequam non dabitur fraudi. Ergo cui uentosa gloria: id est inanis gloria afferat fraudem. Nam cum ex tua uanitate tu iactes fortitudinem: si relinques equum cuius uiribus tu fallis homines ostendens te esse fortem cum ipsa fortitudo si tibi ab equo: si pedes pugnabis succumbes: & inanis tua gloria demonstrabitur.

Iam nosces uentosa ferat cui gloria fraudem.  
Dixit: at illa furens: acrisque incensa dolore  
Tradit equum comiti: pibusque assistit in armis:  
Ense pedes nudo: puraque interrita parma.  
At iuuenis uicisse dolo ratus: auolat ipse  
(Haud mora) conuersisque fugax aufert habentis:  
Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.  
Vane Ligur: frustra que animis elate superbis  
Nequique patrias tentasti lubricus artes:  
Nec fraus te incolumem fallaci perferret Auno.  
Hæc fatur uirgo: & pernicibus ignea plantis  
Transit equo in cursu: frenisque aduersa phœnis  
Cogredit: pœnasque inimico ex sanguine sumit.  
Quam facile Accipiter saxo sacer ales ab alto  
Consequitur pinnis sublimem in nube Columbam:  
Cōprehensamque tenet: pedibusque euiscerat uncis.  
Tunc cruor: & uulsæ labuntur ab æthere plumæ.  
At non hæc nullis hominum ator: atque Deorum  
Observans oculis summo sedet altus Olympo.  
Tyrrhenum Genitor Tarcontem in prælia sæua  
Suscitatur: & stimulis haud mollibus icitat iras.  
Ergo inter cædes: cedentiaque agmina Tarcon  
Fertur equo: uariisque instigat uocibus alas  
Noie queque uocans: reficitque in prælia pulsos.  
Quis metus o nunquam dolituri: & semper inertes  
Tyrrheni: quæ tanta animis ignauia uenit?

Accipitris: Camilla compararetur columbæ. Tunc cruor & uulsæ labuntur ab æthere plumæ: ecclasis est: id est excursus. Nonnullis: id est non negligentibus: nam lipotes figura est, uult enim dicere: non leuiter Jupiter iruebatur ista certamina. Instigat uocibus alas: incitat: & irritat ad reditum, primum enim est ut fugere desinant: post ut in hostes impetum faciant. Nomine quemque uocans: per hoc extrema necessitas indicatur. Quis metus: qualis quantus: qui uos etiam sæminam timere compellit: unde paulopost: Quæ tanta animis ignauia uenit: Fæmina palantes agit. Nunquam dolituri: id est stulti. Stultus est enim quisquis iniuria non mouetur: & bene nunquam, siquidem ante sæuitiam Mezentii pertulerunt: nec se ulti sunt: nunc præbent terga mulieri, & ne hinc quidem commouentur dolore.

CHRISTIANI. Furens: nam fœmina impatientior iræ est quam uir: & appetentior gloriæ. Accipiter: accipitrum genera sexdecim ponit Plinius in eis enumerat circum altero pede claudum: item triorchena numero testium. Buteonem auis marti sacra est: unde græce ἰεπεῖς dicitur. Puto omne genus auium quæ ex raptu uiuunt accipitris nomine excepta Aquila uenire.

SER. Ventosa ferat cui gloria fraudem: hæc est uera & antiqua lectio: ut sit sensus pedes congregare: iam cognosces cui inanis iactantia afferat pœnam: nam fraudem pœnam ueteres uocabant: ut etiam in antiquo cognoscitur iure. Salustius in catilinario: Diem statuit ante quam sine fraude liceret ab armis discedere: si autem laudem legerimus erit sensus agnosces cui inanis gloria afferat laudem: uentosa autem gloria est: quam græci νενοδοσιον uocant. Paribusque assistit in armis: pedes sicut & illum congressurum putabat. Pura parma: tunc enim primum in bella descenderat: cum tirones pietas minime gestarent parmas. Fugax: fugiens: nam nomen est pro participio: non enim fugacem possumus accipere: quem supra legimus bellator. Vane ligur: aut fallax: aut inaniter iactans: Nam uanos stultos posteriores dicere cœperunt: unde tractum est etiam in neotericis. Iuuenalis: Sic libitum est uano qui nos distinxit orthoni, quid autem hoc loco uane significet consequentia demonstrant. Frustraque animis elate superbis. Lubricus: falax: mobilis. Pernicibus ignea plantis: modo uelocibus: alias perseverantibus. Nam pernix interdum uelox: interdum perseverans significat: ut ipse in Georgicis: Et inter dura iacet pernix in strato saxa cubili. Transit equum: cursu: nunc hoc incredibile esse uideretur: nisi præmisisset in septimo: Illa uel intactæ segetis per summa uolarer Gramina: nec teneras cursu læsisset aristas. Aduersa: opposita. Accipiter saxo sacer ales ab alto: sacer ideo quia est Marti consecratus: aut auibus execrabilis: ut Auri sacra fames: Aut quod uerius est nomen græcum expressit: nam ἰεπεῖς dicitur: hoc est sacer. ἰεπεῖς enim sacerdos uocatur. Cur autem græce ita dictus sit: ratione non caret: quæ nota est sacrorum peritis. Consequitur pinnis: noua laus Camillæ: siquidem accipiter columbam sequitur: ipsa præcedit hostem. Ipsa etiam auium comparatio est sumpta ex contrario: nam æquus uir accipitris.



## Aeneidos

**C**SER. Atq; hæc agmina uertit: ΔΕΙΝΤΙΝΩΣ: idest multitudinem tãtam. Irrita: inertia qua nos ulcisci minime ualeant. At non in Veneré segnes: latenter dicit hoc fugitis mulierem: quia armata est. Alias primi ad hunc curritis sexum. Nocturnaq; bella: coitum alibi: Et si quando ad prælia uentum est. Curua tibia: symphonia: chorum. Bacchi autem ideo quia apud ueteres ludi theatrales nõ erant nisi in honorem Liberi patris. Expectate: pro expectatis: modum pro modo posuit. Secundus aruspex: pro secunda sacra: idest prospera: sicut e contrario Homerus ΜΑΥΤΙ ΝΟΝΩΝ: idest malorum diuine. In altos lucos: illic enim epulabantur sacris diebus. Moriturus & ipse: moriturus animo: nam moriturus non est: quod autem ait & ipse: aut ad Camillam: aut ad Venulum respicit. Turbidus: terribilis. Direptumq; ab equo dextra complectit hostem: hoc de historia tractum est: nam, C. Julius Cæsar cum dimicaret in gallia: & ab hoste raptus equo eius portaretur armatus: occurrit de hostibus qui eum nosset: & insultans ait cecos Cæsar: quod gallo rum lingua dimitte significat: & ita factum est: ut dimitteretur. hoc autem ipse Cæsar in ephemeride sua dicit: ubi propriam commemorat felicitatem. Exit: euitat: ut Atq; oculis uigilantibus exit. Vtq; uolans alte: homerica comparatio.

ορνις γαρ σφιεν επι ληε περιστε μεναι με μαδωσιν αιετος υψιπε της επι ριζερα λαον εεργων φοινη εν τα δρανιον τα φερων ονυχεσσι πελωροφ ξων ετασπεροντα: και ουπω ληετο χαρμησ: νοψε γαρ αυτο νεχοντα νατα σθαοσ περι Δειρην ΙΔνωθε ισ οπισω: οδ απω εθεν ηνεχα μαξε αληθισασ οδυνησι: μεσω Δε νι ναββαλ: ομιλω αυτον Δε νλα γφασ πε τετο πνοιησιν αυε μοιο.

¶ Ducis exemplū euentumq; scilicet uirtutem & felicitatem. Meonidæ: lydi: ut Meoniæ dilecta iuuetus. Arte: fraude dolo: ut Arte pelafga. Qua se cunq; ferens medio tulit agmine Virgo Hac aruns subit: ut etiam supra diximus: ita poeta loquitur: ut in aliquibus locis det suspicionem q; Aruns de turni partibus fuerit: nanq; & cum Camilla impetum fecit & cum ipsa rursus recedit: quod nisi de socio nõ procedit. Donatus etiam dicit esse manifestum signum socium fuisse: q; Apollinem foractis inuocat montis: de quo Turno uenisse constat auxilia: licet posset fieri: ut alterius loci inuocet numen. Item ad argumentum Vocat patrias remeabo inglorius uirbes: quod etiam de hoste procedit: nam superare foe minam nullam constat esse uirtutem.

**C**DONA. Aquilæ: Comparatio aptissima. Ut enim & Aquila: & serpens fortissimi sunt: ita illi duo fortissimi erant itidem mira pspicacitate: ut illi sunt.

**C**CHRI. Fæmina: indignatio a sexu. Pallantes: item a modo: nam quod fæmina illos pellat turpe est: quod autem ita pellat: ut palantes sine ordine fugiant turpissimum. Hæc agmina: quasi dicat: tam robusta: tam ualida. Quo ferrum: nam frustra fertis quo uti nõ audetis. At non in uenerem segnes: quasi dicat: cum torpetis in bello: utinam & in omni uoluptatum genere torpeatis. Aruspex: ab ara:

& inspiciendo dicitur quoniam cæsa iam hostia iuxta aram exta rimantur: & ex illorum situ: colore: imminutione: uel augmento futura prænoscent. Dicuntur alio uocabulo extispices ab extis inspiciendis. Direptumq; ab equo: ostendit non fuisse intentionem in socios ex tumiditate aut uaniloquentia: sed a conscientia proprie fortitudinis. Fuit enim omnino heroicum. Quod hoste ab equo ad se attraheret: secumq; portaret. Tollitur in cælum: mouebatur enim miraculo rei q; celeritate summa arma: & uirum tanta uir portaret: ut etiam superessent uires ait: & ferrum ex sua hasta raperet: illamq; interimeret: quis repugnantem conaretur. Poterat ergo suo iure sociorum inertiam reprehendere. Debitus: Fatis: uel destinatus a fati cum hoc fati deberet: scilicet interimere Camillam: uel debitus fati quoniam inde esset moriturus. Ostendit autem magnam fuisse eius astutiam.

Fæmina Palantes agit: atq; hæc agmina uertit.  
 Quo feret: qd ue hæc gerius tela irrita dextris:  
 At non in Venerem segnes: nocturna q; bella:  
 Aut ubi curua choros indixit Tibia Bacchi:  
 Expectate dapes: & plenæ pocula Mensa:  
 Hic amor: hic studiū: dū sacra secūd' Aruspex  
 Nunciet: ac lucos uocet hosta pinguis in altos.  
 Hæc effatus equū in medios moriturus & ipse  
 Cōcitat: & Venulo aduersum se turbidus ifert:  
 Direptumq; ab equo dextra cōplectit hoste:  
 Et gremiū ante suū multa uir concitus aufert.  
 Tollitur in cælum clamor: cunctiq; Latini  
 Cōuertere oculos. uolat igneus æquore Tarcō  
 Arma: uirūq; ferens: tū summa ipsius ab hasta  
 Defringit ferrum: & partes rimatur apertas:  
 Qua uulnus letale ferat: cōtra ille repugnans  
 Sustinet a iugulo dextrā: & uim uiribus exit.  
 Vtq; uolans alte: raptum cum fulua Draconē  
 Fert Aqla: iplicuitq; pedes: atq; unguib' ha sit:  
 Saucius at Serpens sinuosa uolumina uersat:  
 Arrectisq; horret squamis: & sibilat ore  
 Arduus insurgēs: illa haud minus urget adūco  
 Luctantem rostro: simul æthera uerberat alis:  
 Haud aliter p̄dā Tyburtū ex agmine Tarcon  
 Portat ouans: ducis exemplū: euetumq; secuti  
 Meonidæ incurunt: Tum fati debitus Aruns  
 Velocem iaculo & multa prior arte Camillam  
 Circuit: & quæ fit Fortuna facillima tentat:  
 Qua se cūq; furēs medio tulit agmine Virgo:  
 Hac Aruns subit: & tacitus uestigia lustrat.  
 Qua uictrix redit illa: pedeq; ex hoste repor:  
 Hac iuueis furti celeres detorqt habenas. (tat:  
 Hosq; aditus: iāq; hos aditus: oēm q; pererrat



**CER.** Circuitū: proprie: nā circuire insidiantium est: unde est Nec gregibus nocturnus obambulat. **Cer** tam hastam: ineuitabilem: unde contra Incertam excussit ceruice securim: id est ifirmam uitabilem. **Sacer** cybele: nam montem pro numine quod in eo colitur posuit: & bona occasio ad mortem Camillæ: ut sacerdotē maioris numinis conetur occidere: per quod quasi exauctoratur Dianæ fauor interueniēte maioris numinis iracundia. **Quem** pellis ahenis in plumam squamis auro conferta tegebat: cataphractum eum fuisse significat. Cataphracti autem equites dicuntur qui & ipsi muniti ferro sunt: & equos similiter munitos habent: de quibus Salustius: Equis paria operimenta erāt: quæ lin tea ferreis laminis in modū plumæ adnexuerāt: nūc pro līteo pellē imposuit: & æneas squamas æreas laminas intelligimus. **In** plumā: uero est in similitudinē plumæ: ut Excisum euboicæ latus ingens ru ptis in antrū: id est in antri similitudinē. Sane sciendum quod ipsos equites cataphractos dicimus. Salustius: Et sequebatur equites cataphracti. **Spicula** tor quebat lycio cortynia cornu: cretenses sagittas lycio arcu dirigebat: quod ut etiam supra diximus ad or natum poni consuevit. **Cassida:** p. cassis: nā accusa tiuum posuit pro nominatiuo. **Pictus** acu tunicas & barbara tegmina crurū: pictus tunicas pictus cru rum barbara tegmina: id est habebat uestem phry gionis arte perfectam. Sane armorum longa descri ptio illuc spectat: ut in eorum cupiditatem merito Camilla uideatur esse succensa. **Fœmineo:** impa tient: irrationabili: ut Fœmineæ ardētem. **Sūme** deum: ex affectu colētis dicitur: nā Iuppiter summus est. **Sancti** custos soractis apollo: Soractis mons est hirpinorū in flāminia collocatus: in hoc autē monte cū aliquādo Diti patri sacrum persolueretur (nam ma nibus cōsecratus est) subito ueniētes lupi exta rapue runt: quos cum diu sequerentur delati sunt ad quan dā speluncam halitum ex se pestiferum emittentem adeo ut iuxta stātes necaret: ex idē est orta pestilentia quia fuerāt Lupos secuti: de qua responsum est posse eam sedari si Lupos imitaretur: raptō utuerent: quod postea factū ē dicti sunt ipsi populi hirpini forani: nā Lupi sabinorū lingua hirpi uocantur. Sorani ue-

**Vndiq;** circuitū & certā quatit improbus hastā.  
**Forte** sacer Cybele Coreus: olimq; sacerdos  
**Insignis** longe phrygiis fulgebat in armis:  
**Spumātemq;** agitabat equo: quē pellis ahenis  
**In** plumam squamis: auroq; inserta tegebat.  
**Ipsē** peregrina Ferrugine clarus: & Ostro  
**Spicula** torquebat lycio Cortynia cornu.  
**Aureus** ex humeris sonat Arcus: & aurea uati  
**Cassida:** tū croceā chlamydēq; sinusq; crepā  
**Carbaseos:** fuluo in nodū collegerat auro (tes  
**Pictus** acu tunicas: & barbara tegmina crurū.  
**Hunc** uirgo: siue ut templis præfigeret arma  
**Troia:** captiuo siue ut se ferret in auro  
**Venatrix:** unum ex omni certamine pugnae  
**Cæca** sequebatur: totumq; incauta per agmen  
**Fœmineo** prædæ: & spoliolum ardebat amore.  
**Telum** ex insidiis cunctantem tempore capto  
**Coniicit:** & superos Aruns sic uoce precatur.  
**Summe** Deum sancti custos Soractis Apollo:  
**Quem** primi colim⁹: cui pineus ardor aceruo  
**Palcitur:** & medium freti pietate per ignem

ro a Dite: nā Ditis pater Soranus uocatur: quasi Lupi Ditis patris: unde memor rei Virgilius. Aruntem paulo post comparat Lupo quasi hirpinum foranum. **Pineus** ardor: ignis περίφορος. **Aceruo:** pyra coaceruatio ne lignorum. **Freti** pietate: iste quod hoc dixit: sed Varro ubiq; expugnator religiōis ait: quum quoddam me dicamentum describeret: ut solent hirpini: qui ambulaturi per ignes medicamento plantas tingunt.

**DONA.** Cybele: Locus est in quo Cybele colebatur. **Squama:** Serpentis: & piscis quam facit compositio naturalis. Nam & ordinibus digesta est: & uiarum plurimarum impressione distincta. **Quicquid** igit in hanc similitudinē facit artifex squama dicitur. Hæc fit ex minutis laminis inuicem se retinentibus: & ita digestæ ut est in nauibus pluma. **Peregrina:** Quasi dicat ex melioribus regiōibus aduēta. **Cornu:** Ligni species est. **Barbara:** nomen artis indicat: nam qui hanc exercent Burburicarii dicuntur qui auro: & uariis filis homi num: & aliarum rerum figuras exprimunt acu pingentes. **Tandem:** quia diu infectatus fuerat. **Teda:** hoc lignum naturali succo ueluti oleo: uiolenti⁹ ardet: Primi electi.

**CHR.** Forte sacer: Hos omnes uersus usq; ad eum locum. **Hūc** uirgo ex eo genere dicendi constat quod cultum: & floridum appellant. **Ferrugine:** De qua diximus in Geor. **Barbara:** quasi aurea: & ornata quoniā Barbari diuitiis pollent. **Vnde** alibi: Barbarico postes auro. **Hūc** ostēdit poeta naturalia penitus tolli nō posse: erat quidem egregia fœmina: & inter uiros enumeranda. Sed tamen ut fœmina nimia cupiditate talium rerum quas uiri contempnunt ardebat unde dixit fœmineo amore. **Incauta:** nam quicumq; nimia cupiditate fertur: rationem amittit: unde nullam sibi cautionem adhibere potest. **Soractis:** Hirpi familiæ in agro faliscorum sacrificium annum ad soracte montem apollini faciunt id operantes gestulationibus religionis impune exultant ardentibus lignorum struibus in honorem diuinæ rei: & flammis parentibus cuius deuotionis mysterium. **Senatus:** c. onorauit omnium munerum uocatione perpetua illis donata: **Ait** Solinus: idē ait Plinius. Soracte mons est in agro falisco sacer apollini. Atunt ad montis radicem locum fuisse Diti sacrum in quo cum sacra fierent Lupi ex ignibus exta rapuerunt: quos sacerdotes usq; ad terræ hiatum. **Vnde** pestilens aer exalabat infecti sunt qui morbo omnia uicina loca implicuit. Fuitque oraculum posse sedari morbum si incolæ raptō uiuerent: ut Lupi fecerunt. **Ob** hocq; appellati sunt hirpini forani: quia lingua sabinæ hirpus Lupum: & foranus Plutonem significat. **Hinc** samnites qui hirpos Lupos dicunt: uidentur a sabinis originem trahere.



Aeneidos

**C**SER. Multa pruna: iter prunas: pruna at̄ q̄ diu ardet dicitur. Hora. Prætextâ latū clauū prunæq; bathyllū: cū at̄ extincta fuerit carbo nominat̄. Terētius: Tā excoctā atq; atrā reddā q̄ carbo ē: nā pruna a purēdo dicta est. Exuuias pulsæ ue trophæū: exuuias occisæ: pulsæ trophæū: & pprie: nā ut supra dixi hos ūbus occisus triū phabāt: de fugatis figebāt trophæa. Partem mēte dedit partem uolucres disperfit in auras: bona moderatio Apollinis inter sacerdotis præces: & uoluntatem sororis: est aut̄ Homerus orante pro patroclo Achille.

ὄσ ἐφατ̄ εὐχομένους τοῦ Δηνάου ἄρτιε τὰ ξεύς  
 ἦνον μενοί ἄπῶσαθαι πολεμοντε μαχηντῆ  
 Δωνῆ σῶον Δανῆ νῆνσε μαχης ἄπῶνῆ εθαι.

το Δε τερον μεν εδωνε πατηρε τερον Δανε νευσευ

¶ Nil ip̄a nec auras: nec sonitus memor: hæc est anti qua lectio: nā apud maiores trahebatur interdum a græco genitiuus singularis: hinc etiam paterfamilias & materfamilias: quæ duo tātum nomina remāserunt nam nec huius auras dicimus: nec huius custodias secundum Salustium qui ait *Castella custodias thesaurorum pro custodia: & ita enim etiā Asper intelligit: licet alii custodias accusatiuum uelint.* Sane paterfamilias quando dicimus: familia indeclinabile est: si autē pater familiae dicere uoluerimus iam non erit unum nomen: sed locutio: & familiae erit datiuus: nam pater mihi est dicimus. Terentius *Natura tu illi pater es: consiliis ego.* Multi tamen uolūt in numero plurali nomē utrunq; declinari: ut *dicāus hi p̄res familiae horū patrū familiae.* ¶ Papillā exertā: nudā. Sāe māmilla est oīs eminetia uberis: pupilla uero breue illud unde lac trahit̄. ¶ Dominā: reginā: ut *Hi dominam ditis thalamo deducere adorant.* ¶ Virginis audet: sic fuerat consternatus: ut etiam uulneratā timeret. ¶ Occiso pastore lupus: bene pastori reginam cōparat: nā reges ipsi pastores uocant̄. Homerus, *ποιμνενα λαών.* ¶ Caudam pauitantiem remulcens: quæ timorem indicat pro ip̄se pauitans. ¶ Turbidus: nunc timidus: supra terribilis: ut *Venulo aduersum se turbidus infert.* ¶ Mucro: hinc apparet mucronem esse cuiuslibet teli acumen. ¶ Frigidā leto: alii telo legunt: & intelligūt uulnere. ¶ Partiri curas: subaudis cōsueuerat. ¶ Hæc ita fatur: unū abundat: nam supra ait alloquitur.

**C**DONA. Ante oēs: dimissis oīsbus actionibus.  
**C**HIRI. Nihil ipsa nec auras: Ostēdit quod dixerat totumq; incauta per agmen. Ponit autē hoc optimū exēplum hominibus quantam perniciem afferant hominibus nimia cupiditates cum ita mētes occæcatas reddant: ut p̄cipites delati in oē piculū feramur. ¶ Exertā: Vt de amazōibus diximus. ¶ Hæsit: ita fixa est: ut non laberetur a uulnere. ¶ Virgineum: Pathos ab ætate & a sexu. ¶ Bibit: Quāuis p̄teritum sit dissyllabum: & propterea deberet produci prima syllaba tamen: ut in paucis aliis corripit̄. ¶ Trepidæ: Et festinæ & timentes. ¶ Fugit: exprimit naturam eius qui insidiis: ualeat aperto Marte nihil audeat. ¶ Lætitia: quia uoti compos fuerat. ¶ Metu: quia non erat locus fraudi: & ip̄se natura metulosus erat. ¶ Occurrere: Virgi. Viderat se illā uulnerasse: sed cum nesciret quale eēt uulnus homo metulosus ne illa mortem ulcisci anteq̄ caderet possit ue rebatur. ¶ Lupus: Optime illum Lupo comparat quod animal insidiis plus q̄ aperto Marte ualet. ¶ Turbidus: uehementer ex motu perturbatus. ¶ Illa trahit: Nam neq; ex uulnere ita animo consternata erat: quin telum educere tentaret. ¶ Mucro ferreus: id est ferrum hastæ in mucronem: id est in acutum productum. ¶ Labitur: Repertio est color qui ad commiserationem commouendum ualet. Mouet primum pathos a pulchritudine puellæ: inde a robore animi ipsius quæ in mortem manifesta non oblita est salutis publicæ. Ergo dum expiraret misit quæ Turnum ut periculo succurrant admonerēt. Vsa etiam est cautione: ut eam mitteret: cuius sibi fides in multis aliis rebus fuisset perspecta.

Cultores multa premimus uestigia pruna:  
 Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis  
 Omnipotens: non exuuias: pulsæ ue trophæū  
 Virginis: aut spolia ulla peto. mihi cætera lau-  
 Facta ferēt. hæc dira meo dū uulneŕ pestis (dē  
 Pulsa cadat: patriā remeabo inglorius urbem.  
 Audiit: & uoti Phœbus succedere partem  
 Mēte dedit: patrem uolucres disperfit in auras  
 Sterneret: ut subita turbatam morte Camillā:  
 Annuat oranti: reducē ut pria alta uideret  
 Non dedit: inq; notos uocē uertere procellæ.  
 Ergo ut missa māu sonitū dedit hasta p̄ auras:  
 Conuertere animos acies: oculosq; tulere  
 Cuncti ad reginā Volsci: nihil ipsa: nec auras:  
 Nec sonitus memor: aut ueniētis ab ætheŕ teli:  
 Hasta sub exertam donec perlata papillam  
 Hæsit: uirgineumq; alte bibit acta cruorem.  
 Concurrūt trepidæ comites: dominamq; ruētē  
 Succipiūt: fugit ante omnes exterritus Aruns.  
 Lætitia: mixtaq; metu: nec iam amplius hastæ  
 Credere: nec telis occurrere uirginis audet.  
 Ac uelut ille: prius quā tela inimica sequantur  
 Continuo in montes sese auius abdidit altos  
 Occiso Pastore Lupus: magno ue Iuuenico  
 Consciens audacis facti: caudamq; remulcens  
 Subiecit pauitanti utero: siluasq; petiuit  
 Haud secus ex oculis se turbid⁹ abstulit Arūs:  
 Contentusq; fuga mediis se immiscuit armis.  
 Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter  
 Ferreus ad costas alto stat uulnere mucro.  
 Labitur exanguis: labuntur frigida leto  
 Lumina: purpureus quōdā color ora reliquit.  
 Tunc sic expirans Accam ex æqualibus unam  
 Alloquitur: si da ante alias quæ sola Camillæ  
 Qui cum partiri curas: atq; hæc ita fatur.



**CSER.** Potui: absolute: uel pugnare uel uiuere. Succedat pugna: animus bellatrix ostenditur: quæ non se dolet lucem: sed bella deserere. Non sponte fluens: non sponte: ut supra: Portisq; ab equo regina sub ipsis Desiluit: quæ tota cohors inimica relictis Ad terram defluxit equis. Paulatim exoluit se corpore: Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras: seruat hoc ubiq; ut Iuuenum animas a corporibus dicat cum dolore discedere: qui adhuc esse superstites poterant: quod etiã de Turno dicturus est: idem Cicero: in Catone maiore ait: iã omnis conglutinatio recens ægre inueterata facillime diuellitur: & est Homerus,

Hactenus Acca soror potui: nũc uulnus acerbũ  
Conficit: & tenebris nigrescunt omnia circum:  
Effuge: & hæc Turno mãdata nouissima pfer.

Succedat pugna: Troianosq; arceat urbe.

Iamq; uale: simul his dictis linquebat habenas

Ad tarrã non sponte fluens: tum frigida toto

Paulatim exoluit se corpore: lentaq; colla

Et captum leto posuit caput arma relinquens.

Vitaq; cũ gemitu fugit indignata sub umbras.

Tum uero imensus surgens ferit aurea clamor

Sidera: deicta crudescit pugna Camilla.

Incurrunt densi simul omnis copia Teucrum

Thyreniq; duces: Euãdriq; arcadis alã.

At Triuia custos iam dudũ in montibus Opis

Alta sedet summis: spectatq; interrita pugnã.

Vtq; procul medio Iuuenũ in clamore furentũ

Prospexit tristi multatam morte Camillam:

Ingemuitq; deditq; has imo pectore uoces.

Heu nimium Virgo: nimium crudele luiti

Suppliciu: Teucros conata laceffere bello.

Nec tibi desertã in dumis coluisse Dianam

Profuit: aut nostras humero gessisse sagittas.

Nõ tamẽ inde corem tua te Regina relinquet

Extrema iã morte: neq; hoc sine nomine letum

Per gentes erit: aut Famam patieris inultã.

Nam quicũq; tuum uiolauit uulnere corpus:

Morte luet merita: fuit ingens monte sub alto

Regis Dercenni terreno ex aggere bustum

Antiqui Laurentis: opacaq; ilice tectum.

Hic Dea se primũ rapido pulcherrima nisu

Sistit: & Aruntem tumulto speculatur ab alto.

Vt uidit fulgentem armis: ac uana tumentem:

Cur inquit diuersus abis: huc dirige gressum.

Huc periture ueni: capias ut digna Camillã

Præmia: tu ne etiam telis: moriere Dianã:

Dixit: & aurata uolucrem Threissã sagittam

Deprompsit pharetra: cornuq; infensã tetedit:

Et duxit longe: donec curuata coirent

Inter se capita: & manibus iam tangeret æquis

Leua aciem ferri: dextra neruoq; papillam.

ne et: Dolet qã nõ putat illũ dignũ: qã Dianã telis periret.

ΨΥΧΗ: ΔΕΝ ΡΕΘΕ ΩΥ ΠΤΟΛΜΕΝΗ ΑΙ ΔΟΣ ΔΕ ΒΕΒΑΝΕΙ,  
ΟΝ ΠΟΤΜΟΥ ΥΟΟ ΩΣ Α ΛΙ ΠΟΥΣ ΑΝΔΡΟΤΗΤΑ: ΚΑΙ  
ΗΒΑΝ.

Clamor sidera: troianorum scilicet: qui exultabãt.

Crudescit: crudelior fit cædã multorum: nam cru-

duus & crudelis a cruore dicitur. Multatam: debili-

tatã. At triuia: custos: ministra. Conata laceffere

teucros: pp̄ illud Bellũ importunum ciues cũ gente

deorum. Inuictisq; uiris geritis. Coluisse dianam

profuit: nõ deam incusat: sed fatorum necessitatem:

cõtra quã nec numinis opitulatur auxilium. Sine

nomine: sine gloria: sine fama. Famã patieris inul-

tã: nec inuindicatã ignominiam sustinebis: quod

etiam Dido dolet dicens: Moriemur iultã: Sed mo-

riamur ait. Monte sub alto: ut Monte sub aërio.

Apud maiores nobiles aut sub montibus: aut in

montibus sepeliebantur. unde natum est: ut supra

cadauera aut pyramides fierent: aut ingentes col-

locarentur columnã. Luc. & regũ cineres extructo

monte quiescãt Cum Ptolemeorũ matres seriemq;

pendendam Pyramides claudant. Ac uana tumen-

tẽ: plenum νεϋολογία. Digna camillã præmia:

sic in secundo Persoluant grates dignas: & præmia

laudũ reddant. Item alibi: Et hæc tibi porto Dona

prius. Tu ne etiam telis moriere dianã: cum inge-

ti amaritudine dictum est: nam etiam ei genus inui-

det mortis: quod at ait tu ne et ad Niobes numero-

sam pertinet sobolem. Cornuq; infensã tetedit:

cornu accusatiuus est singularis: ac si diceret Arcũq;

infensã tetedit: nam horum dubiorum casus ex simi-

libus uel synonymis comprobantur. Coiret inter

se capita: homerica est ista descriptio pandaro foede-

ra istũ palladis confundente.

ΕΛΝΕ ΔΟΜΟΥ ΓΛΥΦΙ ΓΑΣ ΤΕΛΑΒΩΝ ΚΑΙ ΝΕΥΡΑ ΒΟΕ/  
ΙΑ ΝΕΥΡΗΝ ΜΕΝ ΜΑΞΩ ΠΕΛΑΞΕΝ ΤΟΞΩ ΔΕ ΣΙ ΔΗΡΟΥ

**CDONA.** Pulcherrima: Bonam consilio hic in-

tellige. Cur inquit: Hæc loquitur secum ex dolo-

re. Tu ne etiã: idignatur qd telis Dianã sit piturus.

**CHR.** Hactenus: breuissima orõ: & rei: & tpi

accomodata. In primis, n. excusat ipotentia suã ne te

mere uideatur pollicita i supioribus fuisse. Succedat:

mihĩ deficiat. Arceat: Ostedit p̄sentaneũ picu-

lũ: nã arcemus qui iã ruũt. Iã ualle: ut in extrema

morte charitatẽ i eã ostẽdat. Cũ gemitu fugit indi-

gnata. Nã: quoniã imatura erat mors idignabatur

magis mori. Tũ uero. Ostedit qd possit dux egregi-

us i pugna: Cũ ipã sola tot hostes sustinere potuerit.

Qua exticta: & hostibus uires restauratã sunt: & sui

cõturbati facile cedebãt. Morte luet. in. Ex loci de-

scriptione rẽ facit uerisimilẽ. Derceni: Hic ex anti-

quissimis regibus latii fuit: quem aliqui sub nomi-

ne Latini posuerunt. Terreno: consueuere p̄isci

sepulchris: aut columnas superponere: aut magnas

moles: aut sepulchra i altis locis struere. Nisu cona-

miẽ. uolatu. Cur in. Orõ amara & felle plẽa. Tu

Cornu: Corneũ arcũ. Capita: Extremitates arcũs.



## Aeneidos

**CSER.** Teli stri. **Hœ.** Λιγξέ Δοίτος. **Audiit una arūs hæsitq; i cor.** fer. celeritas iaculātis exprimit. **Sta.** cū iā pculsū dixisset extictū ait **Nec dū certi tacet arcus amyntæ.** **Ignoto cā.** i pul. li. faciēte numinis iracūdia ē relict⁹ ut nec sepulturā posset mereri. **Turbati fu.** ru. hoc ad Camillæ p̄tinet laudē: q̄ amissa im mutātur fata bellorū. **Acer at.** fugit tñ. **Defolatiq; mani.** signiferi deserti: qd̄ ē nimii discriminis: nāq; hoc ubiq; dux p̄cipit: ut frequēter circa se sint milites: sicut i Salu. legim⁹ **Manipli at̄ dicti sūt signiferi:** q̄a sub Romulo paup̄ adhuc Romanus exercitus hastis fœni manipulos illigabat: & hos p̄ signis gerebat: uñ hoc nomē remāsit. **Quidi. i fastis:** Illa qd̄ e fœno: sed erat reuerētia fœno: quantā nūc aqlas cernis h̄re tuas. **Pertica susp̄sōs portabat lōga mani/ plos:** unde manipularis noīa miles h̄t. **Laxos ar.** nō itētos: sed iā solutos. **Fœmineū clai.** patiētē. nā iā dixerat m̄tes: p̄ qd̄ muliebrē clamorē poteramus accipere. **Miserā mor.** q̄a sequit̄ **Lie i ipso.** **Moēnib⁹ i. p̄.** ubi se iā tutos eē credebāt. **Apire uiā.** dare aditū: & bono locutus ē ambitu: nā cū portis uia & aperit̄ & claudis̄. **Oriturq; mi.** cæ. sic in i. ubi itulit **Armoḡ facie & graiarū errore iubarū.** **Defēdētū: iō defēdētū & ruētū:** q̄a ad masculinū rettulit: & hi defendētes facit: qd̄ de fœminino dicimus: si at̄ de neutro loqua mur: defendētū ū dicamus necesse ē: q̄a hæc defēdētia facit: & ut supra dixim⁹ **genitiuus pluralis a noīatiuo plurali mīor eē nō dēt:** q̄ si forte minorē eū aliquādo iuenerim⁹ **metri necessitas facit:** & incipit etiā **pathos eē nō declinatio.** **Præcipites fo.** decliuēs: i q̄s qd̄ pōt p̄cipitari. **Pars cæ.** irrationabilis: q̄ in clausas portas more arietis ruebat: id est bellici machinamētī. **Sūmo certamine:** extremo discriminē: ut supra: **Vocat la bor ultimus omnes.** **Trepidæ:** licet trepidæ tamen oblitæ **sexus tela iaculabantur.** **Præcipites:** autē aut festinæ: aut in mortem ruētēs. **Primæq; mori pro mœnibus audeā:** nimii doloris est: ut **Me primā ab sumite ferro.** **Sæuissimus implet nūcius:** ut etiā supra diximus **nūcius ē tā qd̄ nunciatur:** qua qui nunciat. **nuncium quod nūciatur:** secundū quod nunc nec de fœmia: nec de re: quæ nōciatur procedit nuncius: unde multi uolunt alium nuncium intelligi: **Accam uero postea uenisse:** sed melius est ut nūcius de **Acca dictū intelligamus.** **Nouimus enim poni aliqua in sub/ auditione:** quæ ex aperto dicere nō debemus: ut **Nec dextræ erranti deus absuit:** cum necesse sit absuit aut **Iunonem:** aut **Alecto intelligamus.** **Item Salustius:** **Prima q̄ forte ueniētes exciperēt:** cū de insidiis loque/ ret: quas numeri tāū pluralis eē plus q̄ manifestū ē.
   
**CDONA.** Ignoto cāporū i puluere lin. **Quod fuit ultionis augmentum:** ut focii illius obliuiscerentur.
   
**CHRI.** Ignoto camporum in puluere linqūt: **Quod fecit acerbioris ultionis ut non solum inter/ ficeretur:** uerum etiam inhumatus relinqueretur.
   
**Prima fugit:** Ostendit quanta fuerit facta mutatio ex morte fortissimæ ducis: ut ide appareret quid ualeat in bello fortis imperator. **Fugæ autē descriptio illuc pertinet:** ut uirtus Camillæ manifestet̄: & quantum in pugna potuerit. **Aduersi:** scilicet hostibus. **Substantare:** Multo ego minus repellere. **Voluitur puluis turbidus caligine:** id est densus: quo ostendit cateruatim fugam factam. **Clamorem tollunt:** quia uident suos in fugam uersos. **Limine:** in ipso. **Mœnibus in patriis:** Pathos a loco. **Inter tuta:** Nō quæ essent: sed quæ esse solent. **Audent:** Quia timent ne hostes simul irruant. **Ante oculos parentum:** qua quidē re quid durius aut parētibus ipsis aut fugiētibus esse potuit. **Audent:** nam supra muliebres uires est. **Pro mœnibus:** pro defensione mœnium. **Interea:** Ostendit fortunam plurimum in re militari posse: Nam si hic nuncius quo uehementer turbatus. **Turnus est:** & propterea coactus ex insidiis discedere: & transitum Aeneæ liberum relinquere: paulo post uenisset: **Aeneam in insidiis excipere:** & exceptum uincere potuisset: **Admonet autem in hoc loco poeta etiam præclaros duces:** nisi fortuna assit: uinci posse.

**Extemplo teli stridorem: aurasq; sonantes**  
**Audiit una Aruns: hæsitq; in corpore ferrum.**  
**Illum expirantem focii: atq; extrema gementē**  
**Obliti ignoto camporum in puluere linqūt.**  
**Opis ad æthereum pinnis aufertur Olympū.**  
**Prima fugit domina amissa leuis ala Camillæ:**  
**Turbati fugiunt Rutuli: fugit acer atinas.**  
**Disiectiq; duces: desolatiq; manipuli**  
**Tuta petunt: & equis auersi ad mœnia tēdunt.**  
**Nec quisq; instantes Teucros: letumq; ferentes**  
**Sustentare ualet telis: aut sistere contra:**  
**Sed laxos referūt humeris languētibus Arcus:**  
**Quadrupedūq; putrē cursu q̄tit ungula cā-**  
**Voluit ad muros caligie turbidus atra (pum.**  
**Puluis: & e speculis percussæ pectora matres**  
**Fœmineum clamorem ad Cæli Sidera tollūt:**  
**Qui cursu portas primi rupere patentes:**  
**Hos inimica sup̄ mixto premit agmine turba:**  
**Nec miserā effugiūt mortem: sed limine i ipso**  
**Mœnibus in patriis: atq; inter tuta domorum**  
**Confixi expirant animas: pars claudere portas**  
**Nec sociis aperire uiam: nec mœnibus audent**  
**Accipere orantes: oriturq; miserima cædes**  
**Defendentum armis aditus: inq; arma ruētū.**  
**Exclusi ante oculos lachrymātūq; ora parētū:**  
**Pars in præcipites fossas urgente ruina.**  
**Voluitur: immissis pars cæca & concita frenis**  
**Arietat in portas: & duros obiice postes.**  
**Ipsæ de muris summo certamine Matres**  
**(Mōstrat amor uer⁹ patriæ) ut uidei Camillā**  
**Tela manu trepidæ iaciunt: ac robore duro**  
**Stipitibus ferrū: sudibusq; imitantur obustis**  
**Præcipites: primæq; mori p̄ mœnibus audēt.**  
**Interea Turnum in siluis sæuissimus implet**  
**Nuncius: & Iuueni ingentē fert Acca tumultū.**



Deletas Volscorum acies: cecidisse Camillam:  
 Ingruere infestos hostes: & Marte secundo  
 Omnia corripuisse: metum iā ad mœnia ferri.  
 Ille furēs (nam sœua Iouis sic numina poscūt)  
 Defert obfessos colles: nemora aspera linquit.  
 Vix e conspectu exierat: campumq; tenebat:  
 Cum pater Aeneas saltus ingressus apertos:  
 Exuperat iugum: siluaq; euadit opaca.  
 Sic ambo ad muros rapidi: totoq; feruntur  
 Agmine: nec longis inter se passibus abſunt.  
 Ac simul Aeneas fumantes puluere campos  
 Prospexit longe: Laurentiaq; agmina uidit:  
 Et seuum Aenean agnouit Turnus in armis:  
 Aduentumq; pedum: flatuq; audiuit equorū.  
 Continuoq; ineant pugnam: & prœlia tentent:  
 Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero  
 Tingat equos noctemq; die labente reducat:  
 Confidunt castris ante urbē: & mœnia uallāt.

Explicit Liber Vndecimus.

spacium morandum fuit: ut posset uel Aeneam uincere  
 Loca plana & aperta relictis montibus: & syluis, Ingressus exuperat: Potuit enim ut ingressus est momē  
 to temporis superare: Non autem potuisset si Turnus in insidiis mansisset.



ADILON.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

Modestini Iuriconsulti. Argumentū. XII.

**T**urnus iā fractis aduerso marte latinis.  
 Semet i arma pat: pacē cupiēte latino.  
 Fœdus pcutit passurus & oīa uictus.

**C**SER. Deletas uolscorum acies: fallū est tātū, n. fugerāt: sed uim exprimit nuncii: cuius mos est plus q̄ habet ueritas nunciare, Ingruere: i petum facere: ut Ingruit aeneas armis, Ille furēs & sœua Iouis sic numina poscunt: duplici ratione eū isidiā reliquit se cōmemorat dolore nimio & numinum uoluntate: qd' utrunq; ideo agit: ne capi possit Aeneas, Apertos: uacantes insidiis, Sœua Iouis sic numina poscūt: Homerus, ΔΙΟΣ ΔΕΤΕΛΕΙΕΤΟ ΒΟΥΛΗ, & Ambo ad muros: ut tueretur Turnus: ut obsideret Aeneas, & Fumantes campos: ueluti fumātis caligine pulueris, & Sœuum: fortē: ut Sœuus ubi æacide telo lacet Hector, Item Nec minus interea maternis Sœuus in armis, Ibero: oceano: occiduo, i. hispano, Hispaniā autem hiberiā ab hiberio flumine constat esse nominatam, & Confidunt castris: in sua quisq; digressi, & Mœnia uallant: hinc probatur: quia & q̄ tuentur: & qui obsident uallare dicuntur.

**C**HRIST. Deletas uolscorum acies: Non enim solum referebat quæ facta fuissent sed maiora addebat: Nam ut est apud Ouidium: auditisq; nouus semp aliquid adiicit auctor Quæ res impulit Turnum: ut consilium optime initium desereret, Nam in prouerbio est deum illis mentem eripere quos p̄cipitari uult, Hinc ait poeta: Nā sœua Iouis sic numina poscunt, Ergo falsus nuncius uictoriam eripuit, & Vix conspectu exierat: Ostendit ad quam breue

Vel saltem ab urbe arcere, & Campumq; tenebat, &



Urnus ut infractos aduerso, Postquā Turnus bello defecisse uidet latinos antea semper infractos, nāq; ita maior est sensus: quā si infractos ualde fractos accepis, & Sua nunc promissa repositi: quia dixerat Ibo animis contra uel magnū præstet Achillem, & Se signari oculis: ppter illud In te ora latini In te oculos referunt, & VIatro: aut insuper: aut anteq̄ aliquis exposcat: sponte sua se in certamen offert, & Suacius illæ κατ' εφορν, & Ille leo: idest princeps ferarum, Saucius autem pectus: idest suacium pectus habens, & bene alia uerba interposuit: quia saucius pectus sonabat aspernere: & imperitis poterat solœcismus uideri, & Graui uulnere: forti: ut Ferit ense grauē thymbraus osyrim, & Tum demum: nouissime: idest postq̄ fuerit uulnere laceffit, hæc enim leonum natura est: ut nisi lacessiti irasci nequeant, & Mouet arma: uires suas experitur: nam arma sunt unicuiusque rei possibilitas: unde est, Et q̄rere cōscius arma: idest dolos, & Latronis modo uenatoris: & est græcum: nam λατρευειν dicūt obseq̄ & seruire mercede: unde latrones uocantur conducti milites, Moris autē erat ut hos imperator & circa se haberet: & primos mitteret ad omne discrimen: unde nūc dicit latronis telo fixum leonē: quia etiā uenatores operas suas locare cōsueuerūt, Varro tamē dicit hoc nomē posse hēre ēt latinā etymologia: ut latrōes dicti sint quasi laterones: quia circūlatera regū sint: quos nūc satellites uocāt: una tamen ē significatio: licet diuersa etymologia: Plautus in pyrropolinice ostēdit quid sint latrones dicēs: Rex me

T iii




Seleucus misit ad cōducendos latrōes. ¶ Impavidus frangit telū. Luc. Per ferrū tāti securus uulneris exit. ¶ Fremit ore cruēto: fremit licet hēat os suo cruore perfusum. Sane ipsa comparatio exitum ostendit futurum: nam etiam Turnus ruet in mortem ferocitate compulsus: sic in quarto indicat futurum reginæ exitum dicens Qualis coniecta cerua sagitta. ¶ Gliciscit: crefcit: unde & glires dicti sunt: quos pingues efficit somnus. ¶ Turbidus: plenus terroris & perturbationis. Sane notandum affatur atq; in fit: nam iteratio est: qua frequenter est usus: licet nonnulli dicant temperare hoc interpositam coniunctionem. ¶ Re tractent: repetant: & reuoluant. ¶ Congredior: Sta ubi Polynicem ubiq; inducit loquentem: Non me ullius domus anxia culpet Expectent ue truces obliquo limine nati: unde etiam supra ait poeta Se signari oculis. ¶ Desertorem asiæ: ut Exulibus ne datur ducenda Lauinia teucris: unde est præmissa illa excusatio: & in tota secūdi œconomia: & in quarto ubi dicit: Me si fata meis paterētur ducere uitam Auspicis: & sponte mea componere curas Urbem troianā primū dulcesq; meorum Reliquias colerem. ¶ Sed deat spectētq; latini: ductus est ut diximus supra, pollicetur enim se singulari certamine dimicare uelle: quum nolit: nam dicit Sedeat spectentq; Latenter eos ignauia arguit: q; solus omnibus quiescentibus dimicet: quam rem plenius sequens indicat uersus: Et solus ferro crimen commune refellam: id est cōmunæ fugæ ac timoris dedecus solus pro meis uirtutibus comprimam.

¶ DONA. Infracos: Valdefracos. ¶ Latinos: Nō solum eius gentis milites. Sed omnes qui essent in exercitu Turni comparat leoni: Qui in bestias imperium habet: ut Turnus in suos: sed uulnerato: & qui ulcisci non potest. ¶ Desertorem asiæ: Tria conuitia a loco q; asianus: quasi dicat: ex corrupta prouertia: a genere q; esset Dardanus quasi rebellis: a fato q; esset proditor. ¶ Commune: nam commune dedecus est q; troiani Italiam teneant.

¶ CHRIS. Turnus ut infracos: Obseruatur ab optimo quoq; poeta: ut qualem a principio personam aliquam induxerit talem eam ad finem usque producat ergo quoniā iuictō: & excelso animo Turnum iam formauerat iure nunc in ultimo rerum discrimine illum facit: & paratum illum demonstrat & singulare certamen subitum: & mortem magno animo pro salutæ patriæ laturum. Se signari oculis: uel quod in suo exercitu iam milites inter se hæc mouebant: Vel quia sic putabat in ciuitate fieri. Vnde illum generositati leonis comparat. ¶ Mouet arma leo: ut in superioribus comparauit Aruntem Lupo quod animal dolo: & insidiis potiusquam animi generositatem rem agit: sic nunc generositatem Turni & animum inuictum comparat leoni: quo nullum ex brutis generosius est. Nam supplicibus parcit in imbecillos: ut sunt foeminae: & pueri: nisi necessitate cogatur non facit: sed de leone in Bucolicorum diximus. In primis autem illud q; si uulneratus fuerit: reliquis neglectis in solum percussorem fertur: Eum autem qui tela misit: nec tamen uulnerauit correptum rotat: rotatumq; stermit neq; uulnerat. ¶ Nulla mora in turno: diligentius notabis has duas orationes: & ut in Turno cognosces genus illud erectum: & concitatum: ita in latino id quod est graue maturum: & consideratum. ¶ Nulla mora: nō utitur principio: sed sibi beniuolentiam captat confutando id quo maxime ab aduersario promi poterat: scilicet quod alios periculis q; seipsum obicere malit. ¶ Dicta retractent: id est quæ dixerit dicta esse noluit. Nam cum aliquid tractando constituerimus: & deinde constitutionem factam infectam uelimus retractamus: & aliam in sententiam traducere conamur: unde diuus Augustinus retractionum illos libros dixit. ¶ Desertorem asiæ: trahit in contemptū: & onerat odio: quasi dicat: qui regnū proprium non est ausus defendere: & nunc petit sibi aliena. ¶ Et solus ferro: ne credas me recusare.

Hoc Turni Iuturna soror confundit: & ambos In pugnā populos agit eumentita Camertem. Aeneas uolucris tardatur membra sagitta. Anxia pro nato seruauit cura parentis. Urbs capitur. uitam laqueo sibi finit Amata. Aeneas Turnum campo congressus: utrinq; Circunfusa acie: uita spoliauit: & armis.

## P. Virgilii Maronis Aeneidos. Liber. XII.



Vrns ut infracos aduerso Marte latios Defecisse uidet: sua nūc pmissa reposci: Se signari oculis: utro i placabilis ardet. Attolitq; aios: Pœnorum qualis in aruis Saucius ille graui uenātū uulnere pectus

Tū demū mouet arma leo: gaudetq; comantes Excutiens ceruice toros: fixumq; Latronis Impavidus frangit telum: & fremit ore cruēto: Haud secus accenso glifcit uiolentia Turno. Tum sic affatur regem: atq; ita turbidus in fit. Nulla mora in Turno: nihil ē qd' dcā retractēt Ignauia Aeneada: nec quæ pepigere: reculent. Congredior: fer sacra Pater: & concipe fœdus: Aut hac Dardaniū dextra sub Tartara mittā Desertorem Asia: sedeat: spectentq; Latini: Et solus ferro crimen commune refellam.



**CSER.** Corde sedato: quia de Turno ait: Atque ita turbidus inquit, pro decoro ætatis inducitur sermo, hoc est quod præcipit Horatius in arte poetica intererit: Multum dauus ne loquatur an heros: Maturus uel senex: an adhuc florente iuuenta, et præstans animi: & præstans uirum & præstans uiribus dicimus. Sane magnæ moderationis est hæc oratio: nam & laudat Turnum quasi uirum fortem, & tamen eum a singulari certamine dehortatur: dicens enim præstans animi: latenter eum ostendit inferiorem esse uirtute, et Expendere casus: ne ex abrupto de eius uirtute desperare uideatur: casuum uarietatem se timere commemorat, et Sunt tibi regna

Aut habeat uictos: cedat Lauinia coniux.  
**Olli** sedato respondit corde Latinus:  
 O præstans animi iuuenis: quantum ipse feroci  
 Virtute exuperas: tanto me impèsius æquum est  
 Consulere: atque omnes metuēt expēdere casus.  
 Sūt tibi regna prius Dauni: sunt Oppida capta  
 Multa manu: nec non Aius: aurumque Latino:  
 Sunt alia innuptæ Latio & Laurentibus agris  
 Nec genus indecores: sine me hæc haud mollia  
 Sublatis apire dolis: simul hæc aīo hauri. (fatu  
 Me natam nulli ueterum sociare procorum  
 Fas erat: idque omnes homines: Diuique caneant.  
 Victus amore tui: cognato sanguine uictus:  
 Cōiugis & mœstæ lachrymis: uinclā oīa rupi.  
 Promissam eripui genero: arma impia sumpsi:  
 Ex illo: qui me casus: quæ Turne sequantur  
 Bella uides: quantos primus patiare labores:  
 Bis magna uicti pugna: uix urbe tuemur  
 Spes Italas: recalent nostro Tyberina fluenta  
 Sanguine adhuc: campi que ingētes ossibus albēt.

ut tua causa hominē tuum defendi, et Cognato sanguine: quia Venilia mater Turni soror est Amata, et Vincla omnia rupi: & religionis & fœderis, et Promissam eripui genero: uerum est, nam Aeneas per legatos promiserat filiam: cui postea itulit bellum: licet multi dicant ante Turno eam fuisse promissam: quod falsum est, nam ante Latinus nunquam eam Turno promiserat: nam nec Faunum consulere: si eam Turno ante promississet: sed tantum eum generum Amata cupiebat: quod etiam legimus: Quem regia coniux Adiungi generum miro properabat amore, et Qui me casus quæ bella sequantur: excusat turnum ut non ipsius esse uideatur: quod uictus est: sed suum: quia ausus est contra generum bella suscipere, et Primus: præcipuus, et Bis magna uicti: semel cum est occisus Mezentius: iterum cum interiit Camilla, et Albent: usurpatum uerbum albeo es.

**CDONA.** O præstans: enumerat bona ac mala iuuentutis & senectutis. In iuene enim quantum eminent uis corporis tantum in omnes casus incōsulta temeritate capitur: Sola meliorum spe ducitur. Totum fore prosperum putat: Nec aduersa præuidet: in sene uis corporis minor: consilii maior, et Omnia expēdere: abest ab eo temeritas cuius mala: aut in se expertus est: aut in aliis uidet, et O præstans animi: Laudat eius uirtutem cum per suafurus esset ne pugnaret: ne putaret quod illi deficeret. Ostendit deinde nuptias filia nunquam fuisse in sua potestate: sed in deorum numine. Ostendit sua causa omnia fecisse.

**CHRISTO.** Sedato: quasi dicat: qui prudenter quid agendum esset consultaret: & nulla animi perturbatione ferretur, et O præstans animi iuuenis: Captat beneuolentiā a persona turni cum eam illi laudem tribuat: quam ipse præter omnes amet: & dimoueat suspicionem: ne credat turnus quæ dicit latinus iccirco dicere quia parum suæ fortitudini fidat, et Sunt tibi: ostendit non odio aut contemptu Turni sed eius utilitate sic consulere, et Sine me: hæc ex magno in turnum amore proferuntur uerba, et Me natam nulli: non ergo meo consilio ductus: sed necessitate compulsus hæc facio, nam hæc tenus contra hominum uoluntatem: & deorum responsa tua causa hoc bellum suscepi: erratque pœnas solui, et Promissam eripui: ergo facta est iniuria: ut tibi obsequeretur: & uiolata fides in quo ostenditur quāto tibi filiam mallet quā aeneæ dare cum aduersus fidem fecerim, et Genero: si nulli uiolanda est: fides multo minus genero. Ex illo qui me casus ostendit in hac re non homines solum: sed deos offendisse: quod manifestum est cum ipsi a me pœnas expectissent: & ita in ultione perseuerent: ut uix urbem tueamur: quæ quidem res: & ad id pertinet: ut ostendat dum Turno obsequitur homines deosque sibi inimicos sumpsisse.



## Aeneidos

**C**SER. Infania mutat: infania, n. est illuc reuerti unde uix euaseris, & Certamina tollo: finio remoueo: ut Tolyte cūcta inq; Fors dca refutet: parēthesis plēa abhominatiōis, & Natā & cōnubia nra petētē: iniquissimū est eū morti tradere: q; tuā affinitatem exoptat, & Respice res bello uarias: ne ignauia uideat arguere: admonet casuū ut supra Atq; oēs metuētē expēdere casus, & Mcestū patria ardea lōge diuidit: longe mcestū, ualde mcestū: nā longe diuidit nō pcedit: nō, n. ardea a laurēto lōgo ualde dissidet spatio, & Aegrescitq; medēdo: ide magis eius ægritudo crescebat: unde se ei Latinus remediū afferre sperabat, medendo at dū ei medet: & medicina afferet: nā gerundii modus est a passiuā significatione, & Vt

primum fari potuit: nimius, n. dolor iracūdiæ inter cluserat uocē: sic de Euādro: Et uia uix tandē uoci la xata dolore est, & Quā p me curā geris hāc pcor optime p me depōas: bis qdē ait p me: sed diuersa affe ctiōe: nā hoc dicit quā p salute mea sollicitudinē geris: hāc p mea fama & grā qso dereliq; & Debile fer rū: sic in. ii. Telū ibelle sine ictu cōiicit, & Nro de uul nere sanguis: qd' i ferimus: & dubie locutus est, & Lō ge illi dea mī erit: cōtra illud sed mris auxilio utif, & Noua sorte: magna, nā nouū non est q; fuerat ante promissum, Magnā aut sortē uocauit singulare cer tamē, & Per si qs amatae tāgit honos animū: si qd' a te regina rogat: tuā cōmouet mētē, & si quē honorē hēs Amatae, sic in. vii. Si q; piis aīs māet ifelicis amatae Grā, & In te oīs domus iclinata recūbit: totū digessit ante p spēs: & sic se cōtulit ad generalitatē: & ē a ruia trāslatio, & Menū cōmittere teucris: ab oī eū bello nō tantū singulari certamine dehortat, & Et me turne manent: mire agit: nā qa scit uirū fortē suam mortē facile posse cōtēnerē: deterret eū dicēs se simul eē mo ritura: ut qa piculū nō timet formidet iuidiā, & Acce pit uocē: ordo accepit uocē mris Lauinia, & Flagran tes p fusa genas, i. lachrymis p fusas habēs geas, Stat, Et gemitu mcestos imitata parētes, & Ignē subiecit rubor: hypallage est p cui ignis aī subiecit ruborē, Mouebat at itelligēs se eē rātoꝝ cām maloy: sic su pra: Cā mali tanti oculos deiecta decoros, nā quo ea formosior iducit: eo magis Turnus ardet: ut sequē tia idicant, & Violauerit ostro si qs ebur: Homerus: cōparatio unde & uiolauerit trāslulit: ille enim ait,

ὡς ἄοτε τίστ ἐλεφοντα γυνη φοι γίνι μινυβ.

& Aut mixta rubēt ubi lilia multa Alba rosa: aut ubi multa alba lilia pmixta rubēt rosa, i. rosae cōiunctio ne: naturaliter enim omnis candor uicinū trahit in se ruborem, & Illum turbat amor: inuenit occasionē qua Turnus magis moueretur in bellum,

**C**CHR. Si turno extincto: cū res eo euaserit: ut aeneas sit potiturus oīno cōiugio pstat: ut icolūi potius Turno q; extincto potiat, & Respice res, q; d. & si tua uirtus iuicta sit: tamē nō ē illi fidēdū: qa fortuna potius q; uirtus i re militari diat, Ad hęc iā se sibi imicā ostēdit, Captat postremo cōmiserationē a patre, Verū ille cū sola p turbatiōe ferret nullis rōnibus mouebat, Vt if at optia distributione, Nā cū diuerso rū igēioꝝ hoīes iducat latinū Turnū: & amata uniu cuiq; cōueniētē tribuit ofonē, Nulla ergo rōne motus ē Turnus q; totus p turbatiōibus extuabat, Maxi me at stimulat pulchritudine p sentis uirginis: ut mori malet q; illā relinq;re, Lauiniæ orationē nō dat: qm nō decebat puellā uerba iterpōere: at dat lachry mas: q; dolore ostēdat: & pudorē quo loq; phibeat, & Indum: quasi nobilissimū: nā indici elephants pæferuntur aphricanis, & Illū turbat amor: in aīo generoso nullæ maiores perturbationes esse possunt q; hinc pudor ne succumbat: & uictus discedat inde amor immensus regiae puellæ pulcherrimæ: nam amor est desiderium pulchri: & quāto pulchrior est res tāto maior est amor, & Ne lachrymis ne ue omine: nam lachrymæ eunti ad bellum malū portendunt: & uerba illa simul hęc inuersa relinquam lumina malum afferebant omen,

Quo referor toties: quæ mētē infania mutat

Si Turno extincto socios sum accire paratus:

Cur non incolumi potius certamina tollo?

Quid cōsanguinei Rutuli: quid cætera dicet

Italia ad mortem si te (Fors dicta refutet)

Prodiderim natam: & connubia nra petētem?

Respice res bello uarias: miserere parentis

Longæui: mcestū quē nūc patria Ardea longe

Diuidit, haud quiquam dictis uiolentia Turni

Flectitur: exuperat magis: aegrescitq; medēdo,

Vt primum fari potuit: sic incipit ore,

Quā p me curā geris: hanc pcor Optie p me

Deponas: lætumq; sinas pro laude pacisci,

Et nos tela pater: ferrumq; haud debile dextra

Spargimus: & Nro sequit' de uulnere sanguis:

Longe illi Dea mater erit: quæ nube fugacem

Feminea tegat: & uanis sese occulat umbris,

At regina noua pugnae conterrita sorte

Flebat: & ardētem generum moritura tenebat,

Turne p has ego te lachrymas: p siqs Amatae

Tangit honos aīum (spes tu nūc una senectæ:

Tu requies miseræ: decus: imperiumq; Latini

Te penes: in te omnis dom' iclinata recūbit)

Vnum oro: desiste manū cōmittere Teucris,

Qui te cunq; manent isto certamine casus:

Et me Turne manēt, simul hęc iuisa relinqua

Lumina: nec generū Aeneam captiua uidebo,

Accepit uocem lachrymis Lauinia matris

Flagrantes perfusa genas: cui plurimus ignem

Subiecit rubor: & calefacta per ora cucurrit,

Indum sanguineo ueluti uiolauerit Ostro

Siquis Ebur: uel mixta rubent ubi Lilia multa

Alba Rosa: tales uirgo dabat ore colores,

Illum turbat Amor: figitq; in uirgine uultus,

Ardet in arma magis: paucisq; affatur Amatae:

Ne (qso) ne me lachrymis: ne ue omine tanto

Prosequere in duri certamina Martis euntem



**C**ESER. Neq; enim Turno mora libera mortis: hoc loco duplex est expositio: aut n. ordo est Ne quaeso mi me lachrymis: ita to mortis omine psequaris ad duri martis certamina pificentem: neq; n. Turno mora libera est nō eundi post iā pmissum singulare certamē. Aut certe hoc dicit noli me mī ad bellū euntē ominosis lachrymis psequi: neq; n. Turno est mora libera mortis, i. neq; n. in potestate est mea morā facere uenientibus fati: ac si diceret si imminēt piturus sum: etiā si minime ad bella pificat. Sciēdū tamē locū hunc unū esse de infolubilibus duodecim quæ habent obscuritatē: licet a multis p captu resoluant ingenii. Cum primū crastina

**O** mater: neq; enī Turno mora libera mortis.  
**N**ūcius hæc Idmō phrygio mea dicta tyrāno  
**H**aud placitura refer. cū primū crastina Cælo  
**P**uniceis inuecta rotis Aurora rubebit:  
**N**ō teucros agat i rutulos: teucrū arma q̄escāt:  
**E**t rutulum. nostro dirimamus sanguine bellū.  
**I**llo quæratu coniuX Lauinia campo.  
**H**æc ubi dicta dedit: rapidusq; i tecta recessit:  
**P**oscit equos: gaudetq; tuēs ante ora fremētes:  
**P**ilumno quos ipsa decus dedit Orithyia  
**Q**ui candore niues anteirent: cursibus auras.  
**C**ircūstant pperi aurigæ: manibusq; laceffunt  
**P**ectora plausa cauis: & colla comātia pectūt.  
**I**pse de hinc auro squallentē alboq; Orichalco  
**C**ircūdat loricā humeris: simul aptat habendo  
**E**nsemq; & Clypeum: & rubræ cornua cristæ:  
**E**nsem: quē Dauno Ignipotēs Deus ipse parēti  
**F**ecerat: & Stygia candentem tinxerat unda.  
**E**xin quæ mediis ingenti annexa columnæ

nāq; primū de auto securis facta displicuit cā mollitie: simili rōne & argēti cōreptus ē usus. Mox orichalcū placuit donec ueniret ad ferrū: unde & dicunt sæcula ita fuisse diuisa: orichalcū at fuisse p̄ciosum: et Plau. docet q̄ ait in milite glorioso: Ego istos mores orichalco cōparē. & Alboq; orichalco: auris. cōparatiōe: nā albū non est. & Circūdat loricā humeris: nō arma hoc loco: sed explorat utrū arma apte & cōgrue eius mēbris inhæreant. & Aptat habēdo: ad habēdū: ut cōgrue possit inhære. & Cornua cristæ. i. comas: q̄s græci νεπατα noiant: unde & νεπεσι dicūt tōdere: cornua at sunt pprie cincinni. & Deus ip̄p̄a. ac si diceret nō p̄ mīstros. Sta. Plurimū ip̄i sudor ibi: & notādū q; affectate uariauerit: ut æneæ uno loco arma describeret: Turni uero hic hastā gladiū & loricā: In. viii. at scutū & galeā. & Exin: deide: nā ordīs ē aduerbiū. & Ingēti. c. hastæ p̄ colūnā exprimit: magnitudō: sicut in septimo equoz: ut Stabant tercentū nitidi in p̄sepibus altis. & Stygia unda: q̄si immortalē fecerat.

**D**ONA. Stygia unda: consecrationem quandam ensis ostēdit. & Corripit: quasi dicat: sine conatu extulit quamuis tanta esset: ut adminiculis columnæ egeret.

**C**HRI. Tyrāno: nūc iuidiose dixit: q̄si aliēi ip̄i occupatori: supra at honorifice dixit ps mihi pacis erat dextrā tetigisse tyrāni. & Haud. p̄ q̄a uerebit meū cōgressum: neq; hoc dixit ad iactātiā sed ut ex sua p̄fidētia minueret timorē amata. & Cū. p̄. gnā & hæc p̄peratio uictoriā sibi certā. p̄mittere uidet. & Pilūno. o. orithyia filia Erethei regis athenaz: & uxor boreæ. Sumptū at ex Home. apud quē ē Erichthoniū armētū equaz habuisse ad quas sub forma eq̄ admissari uenerit Boreas q; inde equos p̄creauit uelocissimos: & cādidi coloris ex hac ple ait equos Orithyia arauo turni pilūno misisse: nō ē at ita absonū ut critici dnt q; fingat orithyia atheniēsem: & in thraciā raptā regi Italico: & tātō terraz iteruallo ab ea disiuucto dona misisse: nā regū ē ēteos principes q; in alia plaga sunt: sibi mūerib⁹ cōciliare: nā & nr̄is tp̄ib⁹ uidius ægypti regē: nō solū Ferdinādū regē neapolitanū: Veḡ et nr̄æ urbis dec⁹ Laurētiū medicē p̄clarissimis dōasse mūerib⁹: curasseq; ex æthiopia accersendas duas ziraphas bestias nr̄o cælo incognitas: q̄rū alterā neapolim: alterā florentiā mitteret: d̄. n. zirapha quā Plin. ca melopardalē noiat. Nabunā æthiopes uocat: ut ip̄e ait colo similē equo pedib⁹: & cruribus boui camello capite: albis maculis rutilo colore distinguētib⁹: unī appellata ē camelopardalis: hæc dictatoris Cæsaris ludis circē sibus primū uisa Rōæ ex eo subinde cernit aspectu magis q; feritate cōspicua: q̄re et louis fere notū iuenit. hæc Plin. ea at q; a babylonio sultāo missa iducta ē ab eius legato Malphoth i Urbē florentiā kal. Decēbris: āno a nr̄a salute octogesimo septio: supra millesimū ac q̄dricesimū: una cū māsuefacto leōe: quē ille rex ziraphæ i mūerib⁹ adiūxit: q̄m id aial florētio populo isigne eē sciebat. & Anterēt. ca. Veti. n. rapidissimi auras. i. miores uetos sup̄are uelocitate poterāt. & Habēdo. i. apta: ut cōmode uti possit: sicut dixit Habilēq; hūeris suspenderat arcū.

ΛΕΥΝΟΤΕΡΟΙ ΧΙΟΝΟΣ ΘΕΙΕΥ ΔΑΝΕΜΟΙΣΙΝ ΟΛΟΙΟΙ.

& Propri auris festini ueloces: & erit noiatius hic p̄perus: aurigas at p̄ agalsonibus posuit: nā aurigæ pprie sunt currus regētes. & Alboq; orichalco: apud maiores orichalcū p̄ciosus oibus metallis fuit: nāq; sicut Lucr. dicit: cū primū hoies filuas incēdissent: nullaz adhuc regē p̄iti terra casu fertilis oium ex icēdiū calore defudauit metalla: iter q; orichalcū p̄ciosi⁹ uisum ē: q̄d & splēdorē auri & æris duritiā possideret:



## Aeneidos

**¶ SER.** En agros: quos uictore Aenea te accipere posse credebas: inde enim sarcasmos facta est, nā cōfuetudo erat ut uictores imperatores agros suos in litibus darent: ut in historiis legimus. Item in Luca, An melius fierent piratae magne coloni, & Sternacis equi: ferocis: qui facile sternit sedentem, & Edoni borea: traciū: nam edon mons est thraciae. Sane sciēdū hoc loco errasse Donatū: qui dicit edonii legēdū est: ut do breuis sit secūdū Lucanum: qui dicit Edonis ogvgio decurrit plena lyæo: nāq; certum est sytholē fecisse Lucanū: unde edoni legēdum est: ut sit hic edonus huius edoni. Statius & Virgiliū & artem secutus ait: Tristius edonas hyemes hebrumq; niua lem: nō edonias, & Aegæo: mari scilicet sicut sequētia indicāt, & Sequiturq; ad littora fluctus: nam male ait Donatus montem esse unde flat boreas: quū certū sit eum de hyperboreis montibus flare, & Instātem phegeus: aut sibi aut omnibus, & Ad currum: pro curru se obiecit, & Citatorum: aphæresis est: pro concitatorum, & Pilicem: loricam si longa est: & accentum habet: sicut bisulū si producitur: qā & filā & licia dicimus, & Degustat: leuiter tāgit: unde cōtra de alto uulnere ait: Virgineūq; alte bibit acta cruorē, & Procursum: ipetu, & est una pars oratiōis p. cursum, & Sæuit: qā nō pōt. in bella pcedere, & Ense secēt lato uulnus: aiū uiri fortis expressit, & Lapis aptū nomē medico: nā ἰατρὰ dicūt curare, & Auguriū citharāq; dabat: uera lectio est dabat: nā nō dedit Sane p citharā sciētia indicat harmoniā, & Ut depositi: desperati: nō cōfuetudo erat ut desperati ante lanuas suas collocarenē: uel ut extremū spiritū redderēt terrā: uel ut possent a trāseuntibus forte curari: q aliquando simili laborauerant morbo. Cicero, Aegra & prope depositā rei pu. partem. Stati. in Theb. Ite ferte depositis opē, & Potestates herbarum: uim Possibilitatē: nā in herbarū cura nulla est rō: unde et ait mutas artes: licet alii mutas artes tactū uenæ uelint, Alii mutas artes musicæ comparatiōe, & Vsiq; medēdi: ἐμπειρίῃ scientiam: hoc est medicinā in usu nō in rōne cōstantē, & Inglorius: cōparatiōe sagittarū: & harmōiæ & diuinitatis, & Pæoniū in morē: medicinalem a Pæone: nam doricae linguae est Pæon. nam naturale est Pæon.

**¶ CHRIS.** En agros: arma & hostilis insultatio & temere effusa, nō. n. decet uirum excelsio animo præstātē ita efferri præsertim Marte adhuc dubio, & Nō tulit instantē: Ut rē uariet: neque omnes, & Turno cedētes, & Inducat: hūc repugnātē facit, & Interea: Exor nat narrationē suā cū illā uariet: & insperatos exitus tribuat, Ostendit at & in Aenea & in turno qd possit fortuna: Nā & Turnus sese uictorē sperabat: & Aeneas omni pene spe destitutus erat: Cum lōge aliter eēt euēturū: Vnde aurea sententia est Senecæ: Nemo cōfidat nimium secundis: nemo desperet meliora lapsis, Præterea: ut Turnū uictoria insolentiorē quā oporteret ponit: ita Aeneas quamuis spem amisisset: Semper inuictum gerit animum, Adde postremum & illud Quod deus bonis semper fauet, Violauerat turnus fœdera: At Aeneas dum illud obseruari curat: in calamitatem incidit, Quapropter meruit eius inocentia a deo subleuari præsentē cum in se curando nullum dolorem subire recusaret,

En agros: & quam bello Troiane petisti  
 Hesperiam metire iacens: hæc præmia: qui me  
 Ferro ausi tentare: ferunt: sic menia condunt.  
 Huic comitem Buten coniecta cuspide mittit,  
 Cloreaq;: sibarimq;: daretaq;: Therfilochūq;  
 Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœeten:  
 Ac uelut Edoni Boreæ cum spiritus alto  
 Insonat Aegæo: sequiturq; ad littora fluctus  
 Qua uenti incubuere: fugā dāt nubila Cælo:  
 Sic Turno: quacunq; uia lecat: agmina cādūt:  
 Conuersaq; ruunt acies: fert impetus ipsum:  
 Et cristam aduerso curru quatit aura uolantē.  
 Nō rulit instātē Phegeus animisq; fremētē.  
 Obiecit sese ad currum: & spumantia frenis  
 Ora citatorum dextra detorsit equorum:  
 Dum trahitur: penderq; iugis: hūc lata relectū  
 Lancea consequitur: rumpitq; in fixa bilicem  
 Loricam: & summū degustat uulnere corpus.  
 Ille tamē Clypeo obiecto conuersus in hostem  
 Ibat: & auxilium stricto mucrone petebat:  
 Quē rota præcipitē: & procursum cōcitus axis  
 Impulit: effuditq; solo. Turnusq; secutus  
 Imam inter galeam summi Thoracis: & oras  
 Abstulit ensē caput: truncumq; reliquit arena.  
 Atq; ea dū campis uictor dat funera Turnus:  
 Interea Aeneam Mnehesteus: & fidus Achates  
 Ascaniusq; comes castris statuere cruentum  
 Alternos longa nitentem cuspide gressus:  
 Sæuit: & infracta luctatur arundine telum  
 Eripere: auxilioq; uiam: quæ proxima: poscit  
 Ense secēt lato uulnus: teliq; latebram  
 Rescindant penitus: seseq; in bella remittant.  
 Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus lapis  
 Iasides: acri quondam cui captus amore  
 Ipse suas artes: sua munera lætus Apollo  
 Auguriū: citharamq; dabat: celeresq; sagittas,  
 Ille ut: depositi proferret fata parentis.  
 Scire potestates herbarum: usumq; medendi  
 Maluit: & mutas agitare inglorius artes.  
 Stabat acerba fremens ingentē nixus in hastā  
 Aeneas magno iuuenum: & mœrentis Iuli  
 Concursum: lachrymisq; immobilis: ille retorto  
 Pæonium in morem senior succictus amictu  
 Multa māu medica: Phœbiq; potētib; herbis  
 Nequiq; trepidat: nequiq; spicula dextra  
 Sollicitat: prensatq; tenaci forcipe ferum.



**C**SER. Nulla uia fortuna regit: nullus euetus rone praestat. Nihil auctor apollo: medicina iuuentor nam Aesculapius praest medicina: qua Apollo inuenit: q in Ouidio pro se ait Inuentu medicina meum est. Propiusq; malum: ex fuga scilicet troianorum. Stare: plenu ee & alibi: Stare puluere caelu Stat & iuniperi. Indigno dolore: q fuerat natus ex uulnere indigne illato p insidias scilicet. Dictamum: hac herba licet ubiq; nascat: melior tamen increta est. Puberibus caulem foliis: hoc est adultis: sicut in quarto: Puberes herbae & est reciproca iter herbas & homines translatio: nam & pubertatem herbarum & florem iuuentutis uocamus. Faciem circum

Nulla uia Fortuna regit: nihil auctor Apollo  
Subueit: & saeuos capis magis ac magis horror  
Crebrescit: ppiusq; malum est: ia puluere Caelu  
Stare uident: subeunt equites: & spicula castris  
Densa cadunt mediis. it tristis ad aethera clamor  
Bellantum iuuentum: & duro sub Marte cadentum.  
Tum Venus indigno nati concussa dolore  
Dictamum genitrix cretae carpit ab Ida  
Puberibus caulem foliis: & flore comantem  
Purpureo: non illa feris incognita Capris  
Gramina: cum tergo uolucres haesere sagittae.  
Hoc uenus obscuro faciem circumdata nimbo  
Detulit: hoc fufum labris splendentibus amne  
Inficit occulte medicans: spargitq; salubris  
Ambrosiae succos: & odoriferam Panaceam:  
Fouit ea uulnus lymphae longaeus lapis  
Ignorans: subitoq; omnis de corpore fugit  
Quippe dolor: ois stetit imo uulnere sanguis.  
Iamq; secuta manum nullo cogente sagitta  
Excidit: atq; nouae rediere in pristina uires:  
Arma citi properare uiro: quid stas lapis  
Conclamat: primusq; animos accedit in hoste:  
Non hac humanis opibus: non arte magistra  
Proueniunt: neq; te Aenea mea dextera seruat.  
Maior agit Deus: atq; opa ad maiora remittit.  
Ille auidus pugnae suras incluserat auro  
Hic atq; hic: oditq; moras: hastamq; coruscant  
Postq; habilis lateri Clypeus: loricaq; tergo e:  
Ascanium fufis circum complectitur armis:  
Summaq; per galeam delibans oscula fatur.  
Disce Puer Virtutem ex me: uerumq; labore:  
Fortunam ex aliis. nunc te mea dextera bello  
Defensum dabit: & magna iter praemia ducet.  
Tu facito: mox cum matura adoleuerit aetas:  
Sis memor: & te aio repetentem exempla tuorum  
Et Pater Aeneas: & auunculus excitet Hector.  
Hac ubi dicta dedit: portis sese extulit altis  
Telum imane manu quatit: simul agmine deso

esse: & cum impetu egredi ostendit poeta pluribus uerbis: Nam turba multitudo indistincta est: & ruit habet impetum: & fluere seriem hominum continuatam: ut fluutus est: ostendit. Relictis castris hoc est ab omnibus desertis: indubitata enim uictoria omnem curam seruandorum castrorum remouerat.

data: a parte enim totum corpus accipimus. Fufum amnem: pro aqua: a toto partem: sic supra: Fontesq; ignemq; ferebant. Ambrosiae succos: ambrosia cibus est deorum: nam nectar potat: ab immortalitate dicta an. sine & spotos mortalibus. Panaceam: genus herbae. Sciendum tamen Lucretium panacea ubiq; sale dicere: unde possumus & hoc loco sale intelligere. nam oem pellit dolore: sed melius herba quae ait odoriferam. Quippe dolor: quasi dolor cuius natura haec est: ut adhibito remedio statim recedat. Nam dolor consequens est res non principalis: unde sublata causa est ipse statim recedit. hic ait quippe nam in uia aqua inherens laxare coeperat telum: quod antea inferebat dolorem. In pristina: in usum priorum. Maior agit deus: Apollo inuentor medicinae scilicet. Verumq; labore: quem per me ipse suscipio: non qui ex aliorum uirtute impatoribus ascribi consuevit. Fortunam ex aliis: subaudi mus optam. neq; in fortuna discit: & est zeugma non integrum. Inter praemia: ad praemia. Cicero: Dico te priore nocte uisisse iter falcarios. ad falcarios. Matura adoleuerit aetas: adolefendo matura esse coeperit.

**C**HRIST. Dictamum: de hoc iam diximus: atq; etiam de ambrosia. Panacea: de hac herba Pli. Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit numerosum: & diis & iuuentoribus ad scriptum Multae eius species: unum asclepion dicitur: quoniam is filium Panaceam appellauit. Hac auulsa scrobem uario genere frugum repleri religio est & terrae piamentum: id autem quod ex macedonia effertur bucolicum uocat armenariis sponte erumpentem succum excipientibus: Alterum genus heracleon uocant ab Hercule inuentum. Vocat etiam origanum heracleoticum: quoniam syluestri origano sit simile. Tertium chyronon panaces dicitur ab inuetro re: folium habet lapato simile maius tamen & hirsutum: flos aureus. Quartum est centaurion ab eodem Chyron repertum: Sed & pharnaceon quoniam in contro uersa est an sit a Pharnace rege deductum. Huius radix odorata est & in umbra siccata uino gratiam affert. Lapis conclamat. Nam maior fides medico in hoc quam aeneae danda erat. Opera ad maiora: Optima enim coniectura erat aeneam debere magna moliri: postquam deorum cura seruatus erat. Frustra enim seruassent si paulo post erat periturus. Praebet igitur magnam spe futuram uictoriae. Auidus. quod sua sponte cupiebat: sed uerbis medici magis incendebatur. Disce puer uirtutem: Non gloriosi est hominis: sed optimi patris qui suo exemplo filium ad uirtutem excitare cupit: Licet enim gloriari Parentem: ut filium incendat ad eandem gloriam acquirendam. Portis: castrorum quae alte erant propter aggerem & fossam. Simul agmine denso: Nam qui paulo ante fugiebant Saucio imperatore: cum eodem in bella redeunte frequentes alacresq; sequuntur. Eos autem qui sequuntur & plurimos



**C**SER. Antæus mnestheusq; seruauit το πρῆτον  
 necesse, merat ut uulnerato dūce multi cum eo in ca  
 stra remearent, & Miscetur: modo confunditur, ali  
 bi perturbatur: ut Miscet agens telis inter frondea  
 turbam, & Aggere turnus: eminentia, de uia autem  
 aggerem non possumus dicere: nisi uia aggerem di  
 cere uoluerimus, i. uia coaceruationem: quam hi  
 storici uiam militarem dicunt: ut Qualis sæpe uia  
 deprensus in aggere serpens, & Atrum rapit agmen:  
 pulueris nube coopertum, & Abrupto sider: magna  
 tempestate, alibi Sorbet in abrumptum fluctus, Itē  
 Scit triste mineræ sidus, & It mare per mediū mi  
 seris: Statius p' enius de hoc sensu: Deflent sua dam  
 na coloni, Et tamen oppressos miserantur in æquo  
 re nautas, & Ruet: eruet: euertet, aliter dictum est in  
 secundo Ruet alto a culmine troia, & Talis: taliter: si  
 mili modo: sic paulo post: Similis medios iuturna  
 per hostes, & Rhœteius: troianus a promōtorio tro  
 iæ, & Cuneis se qsq; coactis Agglomerant: dēsentur:  
 ut cuneatim dimicent: scilicet in cuneorum modū  
 compositi, & Tollitur in cælum clamor: occiso eo: q  
 auctor dirumpendi fœderis fuerat: ex ortus est cla  
 mor: & statim secuta fuga rutulorum: ut Versiq; ui  
 cissim Puluerulenta fuga rutuli dāt terga per agros,  
 & Nec tela ferentes insequitur: id est nec contra stan  
 tes nec fugiētes dignatur occidere, & magna Aeneæ  
 ostenditur pietas: qui nec uulneratus irascitur: ut ue  
 lit contra legem fœderis in bellum moueri, & Virago:  
 uirago dicitur mulier quæ uirile implet officiū,  
 & Aedes peruolat: per aedes uolat: nā more suo uer  
 bo dedit detractam nomini præpositionem, & Va  
 cuis: magnis: ut Vacua atria lustrat Saucius, & Nec  
 cōferre manum: cum Aenea nam alios persequitur,  
 & Auia: ab ea scilicet parte q̄ ueniebat Aeneas, & Tor  
 tos orbis: obliquas & implicatas uias, & Vestigatq;  
 uirum: inquit, Translatio a canibus: qui per uesti  
 gia & pedum signa feram indagant, & Disiecta per  
 agmina: dissipata aduentu Aeneæ, & Heu quid agat:  
 Omne aduerbium uerbo cohæret unde heu & at &  
 similia quia uerbo cohærere nō possunt separatim  
 fecerunt aliam partem orationis: scilicet interiectio  
 nem: quā sola latinitas possidet: cū græci sub aduer  
 bio tales comprehendant uoces ut φεῦ,  
**C**CHRJ. Ipse neq; aduersos: Tāquam qui fœdus  
 quamuis ab hoste uiolatum seruaturus in solum  
 Turnum ferat, & Ipsa subit: turpe enim fuisset Tur  
 no si sua sponte subter fugia quæ fisset, & Parua: num  
 muscas legit, & Loquacib⁹: impropria locutio: id est  
 garulis, & Iamq; hic germanum: sæpe ducebat ger  
 manum in conspectu æneæ: ne fugere uideretur, De  
 inde ne manus conferre cogeretur diuertebat, & Tū  
 uero: iam satisfecerat fœderi: & sepius iniustissime  
 laceffitus nō poterat non ulcisci iniurias, Quis cum  
 summo stupore pronunciandum: quasi dicat: non  
 possunt hæc exprimi, & Aeterna gentes in pace futu  
 ras: Nam ex duobus populis unus erat futurus,

Antæus Mnestheusq; ruunt: omnisq; relictis  
 Turba fluit castris: tum cæco puluere campus  
 Miscetur: pulsusq; pedum tremit excita tellus,  
 Vidit ab aduerso uenientes aggere Turnus:  
 Videre Ausonii: gelidusq; per ima cucurrit  
 Ossa tremor: prima ante oēs Iuturna Latinos  
 Audiit: agnouitq; sonū: & tremefacta refugit:  
 Ille uolat: campoq; atrum rapit agmen aperto:  
 Qualis ubi ad terras abrupto sydere Nimbus  
 It mare per medium: miseris heu præscia lōge  
 Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas  
 Arboribus: stragemq; satis: ruet omnia late:  
 Ante uolant: sonitumq; ferunt ad littora Vēti,  
 Talis in aduersos ductor Rhœteius hostes  
 Agmen agit: densi cuneis se quisq; coactis (rim  
 Agglomerāt: ferit ense grauē Thymbræus Osi  
 Archetiū Mnesthe⁹: epulonē oprūcat Achates  
 Vsentemq; Gyas: cadit ipse Tolumnius augur  
 Primus in aduersos telum qui torserat hostes,  
 Tollitur in Cælum clamor: uersiq; uicissim  
 Puluerulēta fuga Rutuli dant terga per agros,  
 Ipse neq; aduersos dignatur sternere morti:  
 Nec pede congressos nec equo: nec tela ferētes  
 Insequitur: solum densa in caligine Turnum  
 Vestigat Iustrans: solum in certamina poscit,  
 Hoc concussa metu mentem Iuturna Virago  
 Aurigam Turni media inter lora Metiscum  
 Excudit: & longe lapsum temone relinquit,  
 Ipsa subit: manibusq; undāteis flectit habenas  
 Cūcta gerēs: uocēq; & corpusq;: & arma Meti  
 Nigra uelut magnas dñi cū diuitis ædes (sci:  
 Peruolat: & pinnis alta atria lustrat Hirundo  
 Pabula parua legens: nidisq; loquacibus escas:  
 Et nūc porticibus uacuis: nūc humida circum  
 Stagna sonat: similis medios Iuturna p hostes  
 Fertur equis: rapidoq; uolās obit omnia curru,  
 Iamq; hic germanū: iāq; hic ostendit ouātem:  
 Nec conferre manū patitur: uolat auia longe,  
 Haud mīus Aeneas tortos legit obuius orbis:  
 Vestigatq; uirū: & disiecta per agmīa magna  
 Voce uocat: quoties oculos coniecit in hostē:  
 Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum:  
 Auerfos toties currus Iuturna retorsit,  
 Heu quid agat: uario nequiq; fluctuat æstu:  
 Diuersaq; uocāt animum in contraria cura,



**C**SER. Huic: pro in hunc: & est ordo huic dirigit. Se collegit in arma: ita se textit ut nulla parte possit feri  
ri. Apicem tamen incita summū: galeæ eminentiā: quam græci conum uocant: in qua eminent cristæ. Mul  
ta Iouem & læsi testatur fœderis aras: licet haberet causam iracundiæ: quod & fugiebat Turnus: & ipse appetere  
batur infidiis: non tamen ante prorupit ille in bellum: q̄ Iouis fidem: & læsa fœdera testaretur. Nullo discrimi  
mine cædem suscitāt: indiscrete obruncat uniuersos: quibus ante pari pepercerat modo. Irarum effundit ha  
benas: potestatem: facultatem: ut Et premere & laxas sciret dare iustus habenas: & hic moderate locutus est. nā

Huic Mefapus: uti leua duo forte gerebat  
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro:  
Horum unum certo contorquens dirigit ictu.  
Substitit Aeneas: & se collegit in arma  
Poplite subsidens: apicē tamen incita summū  
Hasta tulit: summasq; excussit uertice cristas.  
Tum uero assurgunt iræ: infidiisq; subactus  
Diuerfos ubi sensit equos: currumq; referri:  
Multa Iouem: & læsi testatus fœderis aras:  
Iam tandem inuadit medios: & Marte secundo  
Terribilis sæuā nullo discrimine cædem  
Suscitāt: irarumq; omnes effundit habenas.

Quis mihi nūc tot acerba Deus? q̄s carmiē cæ  
Diuerfas: obitūq; ducū: quos æquore toto  
Inq; uicē nunc Turnus agit: nūc Troius Heros  
Expediat: tanton placuit concurrere motu  
Iuppiter æterna gentes in pace futuras?

Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruētes  
Pugna loco statuit teucros) haud multa mora  
Excipit i latus: & q̄ fata celerrima: crudū  
Transadigit costas: & crates pectoris ensem.

Turnus equo deiectū Amycū: fratremq; Diorē  
Congressus pedes: hūc uenientē cuspide lōga:  
Hunc mucrone ferit: currūq; abscisa duorum  
Suspendit capita: & rorantia sanguine portat.  
Ille Talon: Tanaīnq; neci: fortemq; Cethegum  
Treis uno congressu: & mœstum mittit Onytē  
Nomen Echionium: matrisq; genus Peridiæ:  
Hic fratres Lycia missos: & Apollinis agris:

Et iuuenem exosum nequiq; bella Mœcetem  
Arcada: piscosæ cui circum flumina Lernæ  
Ars fuerat: pauperq; domus: nec nota potentū  
Munera: conductaq; pater tellure serebat.

At ueluti immissi diuersis partibus Ignes  
Arentem in siluam: & uirgulta sonantia Lauro  
Aut ubi decursu rapido de montibus altis  
Dāt sōitū spumosi Amnes: & i Aequora currūt  
Quisq; suū populatus iter: nō segnius ambo

pro aridam, & Dant sonitum spumosi amnes: bellum  
cundo In segetem ueluti cum flamma furentibus austris

Ennius Effundit irarū q̄drigas dixit. Quis mihi  
nūc tot acerba deus: ac si diceret nec musa nec Apol  
lo sufficūt. Stadius: Maior ab aoniis sumēda audacia  
lucis Mecū omnes audete dea. Inq; uicem: nanq;  
uacat. Tanton placuit cōcurrere: apostrophe ad Iouem.  
Sane tanton on circumspectitur. nā cū p apostro  
pham apocopen uerba patiunt: is q̄ in integra parte  
fuerat perseverat accētus: ut tanto ne: idē fit tanton.  
Ruentes teucros quos insequēbat Turnus. Cru  
dū ensem: modo durum: aliis crudelem. Et crates  
pectoris. Donatus superflua uult esse coniunctionē:  
& ut sit epexegetis adigit ensem per costas: idest pec  
toris crates ubi celerius fata complentur: & hoc est  
quod ait supra: Haud multa moratur. Amycum  
fratremq; diorem: hi duo duces sunt etiā supra me  
morati: ut Nūc amyca sum gemit. Itē Et nunc ter  
tia palma diores: unde ad terrorem populi eorum  
capita religabant in curru. Curru aut aut septimus  
casus est: aut datiuus antiquus secundum regulam:  
ne sit maior a nominatiuo plurali. Mœstum ony  
tē: naturaliter tristē seuerū: quē græci ονελαστων di  
cūt: mittit autē sociū supra memoratis. Sane Onytē  
Donatus dicit aut gētile aut patronymicō: ut nomē  
eius propriū sit Echionius: sed hoc nō pcedit: q̄a nec  
patronymicō in tes exit: nec Onytes a qua gēte ueni  
at usq; lectum est: ppriū ergo ē: & sequēs uersus erit  
nomen echionii. thebanam gloriā per piphrasim:  
nā echionii sunt thebani a rege Echione: unde male  
quidam legunt nomine: echionium. Matrisq; ge  
nus peridiæ: periphraasis: hoc est filiū Peridiæ. Ly  
cia missos & apollinis agris: uacat &: nam per επεση  
γηση lycia arua Apollinis dixit: ut Nunc lyciæ sor  
tes. Exosum nequiq; bella: sic supra Iniecere manū  
parcæ: nā per transitum ostendit urgētibus fatis eū  
ad bella deductū: quæ nequiq; sem p uitare cupiebat:  
hunc autē Mœcetē oriūdo arcadem fuisse intelligi  
mus sed habitasse circa argos: nam lerna palus argi  
uorum: in qua eum dicit solitū fuisse piscari: nā hoc  
significat piscosæ cui circum flumina lernæ ars fue  
rat. Pauperq; domus: hic & hæc pauper dicitur:  
nā paupera usurpatū est: sic Plautus Paupera est mu  
lier: sed hoc hodie nō utimur: ea enim nomina quæ  
ablati uo singulari in e exeunt: si foemina ex se fa  
ciunt heteroclitā: idest alterius declinationis esse nō  
possunt: ut puta quia ab hoc hospite facit: hic & hæc  
hospes dicamus necesse est. Luca. Hospes in externis  
audiuit curia tectis ab hoc leōe hic & hæc leo: ab hoc  
latrone hic & hæc latro: ab hoc fullōe hic & hæc ful  
lo: ab hoc nepote hic & hæc nepos: nam ut neptis di  
camus per successionis discretionem admissum est.  
Sciēdū hospita: paupera: læna: læa usurpata a poetis.  
Potentum numerā: obsequia: quæ pauperes diu  
tibus loco mūerum soluunt. Arentem in siluam:  
semper incendio & fluminibus comparat: sic in se  
Incidit: aut rapidus montano gurgite torrens.



**C**SER. Nescia uinci pe. Horatius: Pelidae stomachū cedere nescii. Murranū hic atauos & noia: hoc est cur  
 ius noie maiores oēs murrani dicti sūt: & reges fuerūt: ut Per regesq; actū genus oē latinos. Scimus in plerunq;  
 solere fieri ut primi regis reliq; nomē etiā possideat: ut apud romāos Augusti uocant: apud albāos Siluii: apud  
 p̄sas Arfacidae: apud aegyptios Ptolemæi: apud atheniēses Cecropidae: Vnde superfluū ē qd' ait Donatus debe  
 re nos accipere interemptū esse Murranū: dum auos & atauos Turni tantum commemorat: & effert laudibus  
 maximis. Per regesq; actum genus omne latinos: Horatius Et nepotum per memores genus omne fastos:  
 de Lamo. Nec domini memorum pculcat equo/  
 rum: domini immemorū. Dextra nec tua te gra/  
 ium fortissime creteu Eripuit turno: nec dii texere  
 cupentum: ita Aeneam comparat Turno: ut eum su  
 periozem esse significet: nam quem Turnus interi/  
 mit: fortitudo sua liberare nō potuit: ei uero quem  
 occidit Aeneas: ne sua quidem numina prodesse po  
 tuerunt: Sane sciendum Cupentum lingua sabino/  
 rum sacerdotem uocari. Late terrā: aliud ex altero  
 ostenditur: nā p hoc corporis exprimit magnitudo:  
 ut Stabat tercetū nitidi in p̄sepibus altis. Euerfor  
 achilles: sepat Achillē a græcis: ut Reliquas danaum  
 atq; imitis achilli. Mortis erant metæ: id est mors:  
 quæ metā ē & finis: nā metā finē uitæ dicimus: non  
 mortis. Sciēdū tamē hoc de Homæe trāslatū: q ait  
 οὐρανὸ τοιο τελευτή hoc est finis mortis: nam in ipsa  
 morte finis est: Lyrnessi domus alta: lyrnessios ciui/  
 tas est phrygiæ unde fuit Briseis: & p transitū docet  
 neminē posse statura uitare. Cōuersæ acies: in bel/  
 lum coactæ. Pro se quisq; uiri: pro q̄litate uiriū suage  
 sic in qnto Pro se quisq; uiri & depromunt tela pha/  
 retris. Summa nitunt opum ui: hemistichium en/  
 nianum. Métē aeneæ genitrix pulcherrima misit:  
 cōsiliū: ut Qua facere id possis nostrā nūc accipe mē/  
 tem. Et pulcherrima: ppetuū est epitheton nec ad  
 negociū ptinēs: Sāe bona usus ē oecōnomia ut dice/  
 ret istictū numinis pfectū ēē Aeneā ad ciuitatis exci/  
 diū: nā incōgruum fuerat occupatū bello p se tale ce/  
 pisse cōsiliū. Vrbiq; aduerteret agmen: cōtra urbē.  
 Acies circūtulit: oculorū. & bona occasione pue/  
 nit ad id: ut Aeneas possit ciuitatē aspiceret. Immu/  
 nē belli tanti: sine officio dimicādū: nā imunis ē q̄ ni/  
 hil præstat q̄ si sine muneribus siue muniis. Impu/  
 ne quietā: q̄ specialiter debuit pœnas luere pp foedus  
 abruptū. Pugna accēdit maioris imago: subaudis  
 eum. Nec scuta aut spicula densi deponūt: ex eo qd'  
 nō ē factū qd fieri soleat idcauit: ut supra Desigūt tel  
 lure hastas: & scuta reclinat. Esto: p sit. Iuppiter  
 hac stat: p nobis religio ē quā læserūt rutuli ruptis  
 foederib. Nouimus at iterfuisse foederi & deos alios  
 & Iouis imaginē sceptri p̄sentia reddita. Neu qs ob/  
 iperū subim. seito: tertia p̄sona ē ito: seiat: & hortat  
 eos ut ita i bellū eāt q̄ si res fuerit aū disposita: nā hoc  
 dicit repētū iperū nullā nobis afferat morā: sicut  
 paulopost Scæla iprouiso subitusq; apparuit ignis.  
**C**CHARL. Nūc nūc qd. & si aū uterq; furebat tamē  
 oē illud cōparatiōe illius t̄pis nihil erat. Rūpūt: ex  
 nimia ira: nā ipsa idignatio flat & islato rūpit. Nescia uinci:  
 Nā i quo ē habitus fortitudinis is dediscit  
 oēm pusillanimitatē. Totæ adeo: nō describit solū  
 sed p̄git celeritatē & uehemētiā pugnatiū. Hic mētē  
 aeneæ genitrix: Optimū figmētū: Nā amor potūda:  
 rei genū excitat: ut timemur: oēm uia ad rē pficiē/  
 dā. Tumulūq; capit: ut ab oibus & uideri & audiri  
 posset. Nec sid. Quod prudētia fuit: Nā nō ita au/  
 diēdus erat: ut interim cōtra hostes parati nō essent,

Aeneas: Turnusq; ruunt per prælia: nunc nūc  
 Fluctuat ira intus: rumpuntur nescia uinci  
 Pectora: nunc totis in uulnera uiribus itur.  
 Murranū: hic atauos: & auorū antiqua sonātē  
 Nomina per regesq; actū genus omne latinos:  
 Præcipitem scopulo: atq; ingenti turbine saxi  
 Excutit: effunditq; solo: hūc lora: & iuga sup̄ter  
 Prouoluere rotæ: crebro super ungula pulsu  
 Incita: nec domini memorū proculcat equorū.  
 Ille ruenti Hilo: animisq; immane frementi  
 Occurrit: telumq; aurata ad tempora torquet.  
 Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro:  
 Dextera: nec tua te Graium fortissime Creteu  
 Eripuit Turno: nec Diu texere Cupentum  
 Aenea ueniente sui: dedit obuia ferro  
 Pectora: nec misero Clypei mora profuit ærei.  
 Te quoq; laurentes uiderunt Aeole campi  
 Oppetere: & late terram consternere tergo.  
 Occidis: argiua quem nunc potuere Phalāges  
 Sternere: nec priami regnorū euerfor Achilles.  
 Hic tibi mortis erāt metæ: domus alta sub Ida  
 Lyrnessi domus alta: solo laurente sepulcrum.  
 Totæ adeo conuersæ acies: omnesq; Latini  
 Omnes Dardāidæ Mnestheus acerq; Sereustus  
 Et Mesapus equom domitor: & fortis Afilas  
 Tuscorumq; Phalanx: Euandriq; Arcadis alæ.  
 Pro se quisq; uiri summa nituntur opum ui:  
 Nec mora: nec requies: uasto certamine tēdūt.  
 Hic mētē Aeneæ genitrix pulcherrima misit:  
 Iret ut ad muros: urbiq; aduerteret agmen  
 Ocyus: & subita turbaret clade Latinos.  
 Ille ut uestigans diuersa per agmina Turnum:  
 Huc atq; huc acies circuntulit: aspicit urbem  
 Immunem tanti belli: atq; impune quietam.  
 Continuo pugna accendit maioris imago  
 Mnesthea: Sergestumq; uocat: fortēq; Serestū  
 Ductores: tumulumq; capit quo cætera teucrū  
 Concurrit Legio: nec scuta: aut spicula densi  
 Deponunt: cello medius stans aggere satur.  
 Ne q̄ meis esto dictis mora: Iuppiter hac stat:  
 Neu quis ob iceptum subitū mihi segnior ito:



Urbem hodie caussam belli: regna ipsa Latini  
 Ni frenum accipere: & dicto parere fatentur:  
 Eruam: & æqua solo fumantia culmina ponā.  
 Scilicet expectem libeat dum prælia Turno  
 Nostra pati: rursusq; uelit concurrere uictus?  
 Hoc caput o Ciues: hæc belli summa nefandi.  
 Ferte faces prope: fœdusq; reposcite flāmis:  
 Dixerat: atq; animis pariter certantibus omnes  
 Dant Cuneū: densaq; ad muros mole ferunt.  
 Scalæ improuiso: subitusq; apparuit ignis:  
 Discurrunt alii ad portas: primosq; trucidant:  
 Ferrum alii torquēt: & obumbrāt æthera telis.  
 Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit  
 Aeneas: magnaq; inculat uocat Latinum.  
 Testaturq; deos: iterum se ad prælia cogi  
 Bis iam Italos hostes: hæc altera fœdera rūpi:  
 Exoritur trepidos inter Discordia ciues:  
 Urbem alii referare iubent & pandere portas  
 Dardanidis: ipsumq; trahunt in mœnia regē.  
 Arma ferunt alii: & pergunt defendere muros.  
 Inclusas ut cum latebroso in pumice Pastor  
 Vestigauit Apes: fumoq; impleuit amaro.  
 Illæ intus trepidæ rerum: per Cerea castra  
 Discurrunt: magnisq; acūt stridoribus iras.  
 Voluitur ater odor tectis: nūc murmure cæco  
 Intus saxa sonant: uacuas it fumus ad auras.  
 Accidit hæc fessis etiam Fortuna Latinis:  
 Quæ totam luctu concussit funditus urbem.  
 Regina: ut tectis uenientem prospicit hostem:  
 Incessi muros: ignes ad tecta uolare:  
 Nusq; acies cōtra Rutulas: nulla agmīa Turni  
 Infelix pugna iuuenem in certamine credit  
 Extinctum: & subito mentem turbata dolore  
 Se caussam clamat crimenq; caputq; malorū.  
 Multaq; per mœstum demens effata furorem  
 Purpureos moritura manu discindit amiētus:  
 Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.  
 Quæ cladem miseræ postq; accepere Latinæ  
 Filia prima manu floeos Lauinia crines  
 Et roseas laniata genas: tum cætera circum  
 Turba furit: resonant late plangoribus ædes.  
 Hinc totam Infelix uolgarur Fama p urbem.  
 Demittunt mentes: it scissa ueste Latinus

genia: ita uarie oriūtur sententiæ. Includas ut cum: quadrat ex omnibus partibus ista comparatio: si diligen-  
 ter aduertes. Per cerea castra: Quoniam ad bellum refertur recte dixit castra. Accidit: Cum res ad interi-  
 tum deducunt fata semper calamitatibus calamitates adduntur.

CÆSER. Caussam belq; illic erat Lauinia. Hoc  
 caput o ciues: sicut supius drances Turno: O latio ca-  
 put & cunctorū cā malorū. id est principiu. Fœdus  
 reposcite flāmis: grauitate fermōis declamatiōi pon-  
 dus iposuit: nā hoc dicit flāmas fœderis urbis inno-  
 uemus icēdio: nā hic reposcite est inouate: reuocate.  
 Discurrūt alii ad portas primosq; trucidāt: subau-  
 di improuiso: & hæc simul pñūciāda sunt: ut simul  
 facta uideant: quo uehemēs uis bellica possit agno-  
 sci. Inter primos: inter duces: inter pñicipes. Hæc  
 altera fœdera rumpi: bis rumpi fœdera. Bis hostis  
 italos fieri: bis se in prælia sæua cōpelli: nā uarie ean-  
 dē rē iterat: bis aut fœdera facta sunt semel per Illo-  
 neū: & paulo ante pp singulare certamē. Referare  
 iubēt: id est uolūt: ut Iubeo chremetē. Ter. Trahūt  
 ī mœnia regē: trahere uolūt: nā uolūtas ai ē nō facti.  
 Trahūt aut: sicut possit iminēs uidef discrimē. Dona-  
 rum dicit trahūt ī mœnia pro dilacerat in mœnibus  
 rum oribus suis. Includas ut cū latebroso ī pumice  
 pastor: pene oīa istius cōparationis uerba ad supradi-  
 ctū prinēt bellū. Nā ita apes iclufæ sūt ut hoīes q ob-  
 dent: ita ciuitatē timētū latebras dicimus: sicut apū  
 aluearia. Itē pastor ut rex: & re uera pastor est ductor  
 exercitus: Vt Homerus ποιμὲν ἄλλων. Pumice aut  
 iste in genere masculino posuit: & hūc sequimur: licet  
 Catullus dixerit genere fœminino: arida modo  
 pumice rex politū. Fumo amaro: qui elicit lachry-  
 mas. Trepidæ rerū: nesciētes qd agāt: & ignaræ au-  
 xiliū. Ater odor: noue: nā in odore equis color est:  
 sed hoc dicit odor ater atræ rei sumi. Sater odor pes-  
 simus: ut Fumoq; impleuit amaro. Etia fortuna: ca-  
 sus: nā oīs casus in potestate fortunæ ē. Tectis ueni-  
 entē pspicit hostē: aut e tectis pspicit: aut cōtra tecta  
 ueniētē. Incessi muros: iuadi. Mentē turbata: ut  
 Oculos suffusa. Et nodū in formis leti: alii dicunt  
 q inedia se iterem it. Sane sciēdū q, cautū fuerat ī pō-  
 tificibus libris: ut q laqueo finiuiisset uitā: insepul-  
 tus abiiceret: unde bene ait Informis leti qsi mortis  
 ifamissimæ. Floeos lauinia crines: antiq lectio flo-  
 reos habuit. florulētos pulchros: & ē sermo ennia-  
 nus. Et roseas laniata genas: moris fuit apud anti-  
 quos: ut ante rogos humanus sanguis effunderetur  
 uel captiuorum uel gladiatorum: quorum si forte  
 copia nō fuisset: laniātes fœminæ genas suum effun-  
 debant cruorem: ut rogis illa imago restitueret. Ta-  
 men sciendum cautum lege duodecim tabularum  
 ne mulieres carperent faciem his uerbis: Mulier fa-  
 ciem ne carpito. Hinc totam: de domo regia. In-  
 felix fama: rerum infeliciū nuncia. Demittunt  
 mentes: desperant, sic contra sperantes aliquid men-  
 tes erigunt.

CÆSAR. Scilicet: expectem indignatio est: sed  
 tamen nō ita idignatur: ut a iustitia discedat. Scal-  
 læ improuiso: Summæ enim prudentiæ & celeri-  
 tatis fuit ita incautos scalis præuenire: Vt nihil tale  
 futuz opinarētur. Exorūt trepidos iter discordia  
 ciues: Hoc n. facit ipræmeditatus casus: nā ī re ipro-  
 uisa cum consilii capiendi tempus non datur unus-  
 quisq; ad suum ingenium redit: & ut uaria sunt in-



**¶ SER.** Coniugis attonitus fatis urbisque ruina: & priuatis & publicis luctibus. & Immundo puluere: bene immundo addidit: sicut in geor. Et cinerē immū dū iactare per agros: quā ē puluis ille quo utuntur puellae cinis uocat: unde et ciniflones dicti sunt. Hor. Cuius licticani ciniflones parasiti. & Bellator: epithetō partitō ipis. & Minus successū latus equorū: infirmitas autē ēt ex equorū tarditate ueniebat. & Attulit hūc illi cæcis terroribus aura: naturale enim est ut a qua parte uentus flat: idē clamor audiat. & Cōmixtū clamorē: ex impugnatione & morte reginæ. & Arrectas aures: ad audiendū sollicitas. Ter. Arrige aures Pamphile. & Amēs: cōsiliū egēs: nescius rei gerendæ: nā mentē & cōsiliū significare diximus: ut Mētē æneæ genitrix pulcherrima misit. & Occurrit dictis: oroni eius uerbis obuiā uenit. & Prima uictoria: i. primū. & Nec numero inferior pugnae nec honore recedes: nec pauciores iterimes: nec minor te quā Aeneā comitabit gloria nā occisorū multitudo cōpēsat hoc quod tu fugientes interimis. Sane sciendū in hac oī oratione Iuturnā occurrere quāstionibus tacitis. & Prima parte fœdera turbasti: prima aut inchoatiua: aut tu prima: nā plus eius orationē Tolūnius tela cōtorfit. & Nā quod ago: argumentū a necessario. & Ne uoce uocantē: atqui hoc nusquam legimus: sed aut notā το σιωπῶν ἀένοι intelligimus aut mortis est omen audire quod nō dicit: uidere quod minime occurrit sic in quarto: Hic exaudiri gemitus & uerba uocatis Visa uiri. & Superat: uiuit: ut Superat ne & uescitur aura. & Ne nostram dedecus uisens aspiceret: ac si diceret fortasse uiueret: nisi id uoluisse occumbere: ne nos uictos uideret. & Teucris potuntur corpore & armis: i. et sepultura caret: nā ut in Home. legimus de uirorū fortium cadaueribus erat inter hostes grāde certantē: quā maxime apparet de Patrocli cadauere. & Dextra nec dracis dicta refellam: i. uirtute: nā pro rei officio ipsam rē posuit: pro uirtute dextrā. & Usque adeo ne mori miserū ē: tacitæ quaestioni occurrit. & Supis auersa uolūtas: quā ut supra diximus: donec uiuimus curā sumus superis diis post mortē ad inferos pertinemus: quibus se modo commēdat. & Istius inscia culpæ: uel fugæ: quā fuga grande crimen ē apud uirū fortē: uel rupti fœderis: uel læsæ religionis: a qua re se dicit eē alienū. propter futura supplicia. & Indignus auorū: græca figura est. nos enim indignus illa re dicimus. cōtra græci ἀνοξίος σέφαρ uou: id est coronæ indignus.

**¶ CHRI.** Et nos: nā hac maxime ratione possumus æquare hostes. & Fallis dea: i. quāuis dea sis: non tamen decipis. Validissima est oratio: primo enim demonstrat suum aduentum nihil posse conferre: sequi uenire non ut uictoriam uideat: sed ipsum uictum. Post hæc demonstrat dū æneā fugit in eam incidisse ignominiam: ut præstet illi mori quā turpiter uiuere: nam cum uiros excellentissimos interfici passus sit: ultimum dedecus accedit captiuitas urbis & soceri & uxoris: quæ nisi succurrat in cōspectu suo occidēt. Quid autem acerbius sibi accidere potest: quā præbere facultatem: & Dranci & reliquis suis aduersariis: ut iure illum repræhendere possint. Quid uero magis ignominiosum quā fugere in eā regionē in qua toties uictor euaserit: & se æneam superaturum sit pollicitus. & Sancta ad uos animos: quasi dicat: præstat innocentem mori quā nocentem uiuere. Maximum autem omnium scelerum uiro forti uideretur turpiter cedere. & Vix ea fatus: iustus rationibus mouebatur ne fugeret uerū si qua in re dubitasset præsentī casu & nuncio socrus extincte confirmari potuit.

Coniugis attonitus fatis: urbisque ruina  
 Canicie immūdo perfusam puluere turpās:  
 Multaque se inculsat qui non acceperit ante  
 Dardanūm Aeneā: generumque ascuerit ultro.  
 Interea extremo bellator in Aequore Turnus  
 Palantes sequitur paucos iam segnior: atque  
 Iam minus atque minus successū latus equorū.  
 Attulit hunc illi cæcis terroribus aura  
 Cōmixtū clamorem: arrectasque impulit aures  
 Confusæ sonus urbis: & illelabile murmur.  
 Hei mihi quid tanto turbantur mœnia luctus?  
 Quis ueruit tantus diuersa clamor ab urbe?  
 Sic ait: adductisque amens subsistit habenis.  
 Atque huic in faciem Soror ut conuersa Metisci  
 Aurigæ: currusque: & Equos & lora regebat.  
 Talibus occurrit dictis: hac Turne sequamur  
 Troiūgenas: qua prima uiam uictoria pandit:  
 Sunt alii qui tecta manu defendere possunt.  
 Ingruit Aeneas Italis: & prælia miscet.  
 Et nos saua manu mittamus funera Teucris.  
 Nec numero inferior pugnae: nec honore recedes.  
 Turnus ad hæc.

O soror: & dudum agnouit: cum prima parte  
 Fœdera turbasti: teque hæc in bella dedisti:  
 Et nunc nequiquā fallis dea: sed quis Olympo  
 Demissam tantos uoluit te ferre labores?  
 An fratris miseri letum ut crudele uideres?  
 Nā quid ago? aut quæ iā spōdet fortūa salutē?  
 Vidi oculos ante ipse meos ne uoce uocantem  
 Murrantum: quo non superat mihi carior alter  
 Oppetere ingentem: atque ingenti uulnere uictū.  
 Occidit infelix: ne nostrum dedecus uisens  
 Aspiceret: Teucris potuntur corpore: & armis  
 Excindi ne domos (id rebus defuit unum)  
 Perpetiar: dextra nec dracis dicta refellā: bit?  
 Terga dabo: & Turnū fugietē hæc terra uide-  
 Usque adeo ne mori miserū ē: uos o mihi Mæes  
 Este boni: quoniā superis auersa uoluntas.  
 Sancta ad uos anima: atque istius inscia culpæ  
 Descendā magnorū haud unquam indignus auorū.  
 Vix ea fatus erat: medios uolat ecce per hostes  
 Vectus equo spumante Sages aduersa sagitta



Saucius ora: ruitq; implorans nomine Turnū  
 Turne in te suprema salus: miserere tuorum  
 Fulminat Aeneas armis: summasq; minatur  
 Deiecturum arces Italum: excidioq; daturum.  
 Iamq; faces ad tecta uolant: in te ora Latini  
 In te oculos referūt: mussat Rex ipse Latinus  
 Quos generos uocet: aut q̄ sese ad fœdera fle-  
 Præterea Regina tui fidissima: dextra (ctat:  
 Occidit ipsa sua: lucemq; exterrita fugit:  
 Soli pro portis Mefapus: & acer Atinas  
 Sulentat aciem: circum hos utrinq; phalāges  
 Stāt densæ: strictisq; seges mucronibus horret  
 Ferrea: tu currum deserto in gramine uersas.  
 Obstipuit uaria confusus imagine rerum  
 Turnus: & obtutu tacito stetit: æstuat ingens  
 Imo in corde Pudor: mixtoq; insania luctu:  
 Et furis agitated Amor: & conscia Virtus.  
 Ut primū discussæ ūbræ: & lux reddita mēti ē  
 Ardentes oculorum acies ad mœnia torsit  
 Turbidus: eq; rotis magnam respexit ad urbē.  
 Ecce autem flammis inter tabulata uolutus  
 Ad Cælum undabat uortex: turrimq; tenebat:  
 Turrim cōpactis trabibus quā eduxerat ipse:  
 Subdideratq; rotas: pōtesq; instruxerat altos.  
 Iam iam fata soror superant: absilte morari.  
 Quo Deo: & quo dura uocat Fortūa: seq̄mur:  
 Stat cōferre manū Aeneæ: stat qcqd acerbū ē  
 Morte pati: neq; me idēcorē germana uidebis  
 Amplius: hunc oro sine me furere ante furorē.  
 Dixit: & e curru saltum dedit ocyus aruis:  
 Perq; hostes: per tela ruit: mœstamq; sororem  
 Deserit: ac rapido cursu media agmina rūpit.  
 Ac ueluti montis saxum de uertice præceps  
 Cum ruit auulsum uento: seu turbidus imber  
 Proluit: aut annis soluit sublapsa Vetustas:  
 Ferē in abruptū magno mōs: improbus actu:  
 Exultatq; solo siluas: armenta: uirosq;  
 Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus  
 Sic urbis ruit ad muros: ubi plurima fuso  
 Sanguie terra madet: stridūtq; hastilib⁹ auræ.  
 Significatq; māu: & magno simul incipit ore.  
 Parcite iam Rutuli: & uos tela inhibete Latini:  
 Quæcunq; est Fortūa: mea ē: me uerius unū  
 Pro uobis fœdus luere: & discernere ferro.  
 Discessere omnes medii: spaciumq; dedere.  
 At pater Aeneas audito nomine Turni

CSER. Imploras noie turnū: ex multis rebus in  
 dicat pturbationē q̄ festinās uenit: q̄ p̄ hostes uulne  
 ratus: q̄ Turnū noie appellat: nā cōtumelia est noie  
 supiore uocare: sic in Georgicis: M̄ Cyrene mater:  
 quom p̄misset et crudelē nomine dicit: sicut cōtra  
 Aeolus ad lunonē ait Tuus o regina qd optes Explo  
 rare labor: Turne in te suprema salus miserere tuo  
 rū: omnia q̄ supra lurna dixerat: oratio ista dissol  
 uit: Fulminat aeneas armis: exaggeratio ē: sic pau  
 lo post Horrēdūq; intonat armis: Minat̄ deiectu  
 rū arces: q̄ dixerat: Et æqua solo fumantia culmina  
 ponā: Mussat: modo dubitat: Præterea regīa: q̄  
 occurrebat Amatā pro eius partibus niti: Soli pro  
 portis: cōtra illud: Sunt alii q̄ recta manu defendere  
 possunt: Varia cōfusus imagine rerum: multiplici  
 nūcio: Et obtutu: uarie tacito stetit uultu: & obtu  
 tus est pprie uultus: quem græci dicūt προσώπων  
 P̄ Pudor: pp̄ illud: Tu currū deserto in gramine uer  
 fas: Insania: q̄ in hostes ferebas: Mixto luctu: pp̄  
 Amatae cognitā mortē: Discussæ umbræ: postq̄  
 mētis caligo discessit: qd sequētia indicat: & lux mē  
 ti reddita ē: Turbidus: plen⁹ pturbatiōis: Quāe  
 ip̄ qd̄ ei maiorē creabat dolorē: Subdideratq; ro  
 quo posset trahi ad ea loca: qb⁹ hostis istabat: Quic  
 qd acerbū ē. m. p̄ aut qcqd morte acerbū ē placet pa  
 ti: hoc ē iferna supplicia: uel q̄ pōt̄ superbus hostis in  
 ferre: sicut de Hectore legimus. Aut certe positius  
 est pro cōparatiuo: placet pati si quid ēt morte acer  
 bi⁹ inuenit: Furere ante furorē: figura antiqua: ut  
 feruitutē feruit: dolet dolorē: & est sensus sine me fu  
 rere ante bellicū furorē: scilicet priusq̄ ad eū ueniā ut  
 pugnā mente cōcipiā: & instructus furorē in bella  
 prorumpā: Saxū de uertice præceps Cū ruit: cōpa  
 ratio ipsa futurū ostendit euentū. Simul notandū q̄  
 sicut supra in plio ita & nunc in cōparatione præfer  
 tur Aeneas: nam Turnū parti cōparat montis: mōti  
 b⁹ æq̄t aeneā: & ē cōpatio de Hom. sumpta sic dicēs.  
 ον τῆν ἄτα σφάνης ποταμὸς χει μάρροος ὡσῆ  
 ρῆς ἄσπετω οὐβρῶ ἀγαδέος ἔχματα πέτρης  
 ὕψι ἀναρῶσῶν πέτεται ντυπέει δέο ὕπ αυ  
 του:  
 ὕλη: ο δ ασφαλὲς ἑεῖ: εὐπελὸν ὄφραν ἰνηται  
 ἰσὸπέδου το τε δουτι νυλιβ δεται εσσυμένοσ  
 τερ  
 P̄ Auulsum uēto: pprie: nā & Turnus inuitus attra  
 hit ad bellū: Mōs improbus: pars mōtis: & εὐφρατι  
 νος dictū est: sic supra ait: Haud partē exiguā mōtis  
 P̄ Magno actu: magno ipulso: Vbi pluria fuso san  
 guine terrā madet hypallage est p̄ ubi plurimo san  
 guine terra madet: Stridūt hastilib⁹ au, sic Home.

P̄ Tela inhibete: cohibete: & est translatio a nautis.  
 P̄ Me uerius unum Pro uobis fœdus luere: uerius:  
 iustius: & sensus: hic est iustius est me unum pro oī  
 bus rupti fœderis pœnas exoluere.

CHRI. Imo in corde pudor: ualidissimæ erāt  
 singulæ p̄ se huiuscemodi pturbatiōes: pudor ne si  
 bi obiceretur fuga furor ex indignatiōe q̄ inuictus  
 uinceret: luctus ex morte socrus & amor ex magni  
 tudine in furorē adducens: Quo deus: uerba sunt  
 aī inuicti & oīa pati parati: ut turpitudinem fugiat,



## Aeneidos

**C**SER. Quātus athon: hęc est uera lectio: nā si Athos legeris os breuis est: & uersus: nō stat. Athon āt dicit accusatiuus indicat: nā hūc athona facit: sicut Apollō Apollona. Quod aut Herodotus: hūc Athō & hūc Apollon dicit: attica declinatiōis est. Athō āt mōs est thraciæ adiacens circa lemnon insulā, & Niuali Vertice se tollens pater appēninus ad auras: mōs est Italiæ: de hoc Luc. Nullo quoq; uertice tellus Altius intumuit: p̄p̄iorq; accessit olympo. & Troes & oēs: græce declinauit: unde breuis est es sicut supra Troes agūt. & Armaq; deposuere: uel spectaturi: uel defessi. & Inter se coisse uiros & cernere ferro: uera & antiq; ē hęc lectio: nā Enniū secutus est qui ait Olli cernebant magnis de rebus agentes:

& item Ferro non auro uitam cernamus uterq; p̄p̄ofleritas cœpit legere & decernere: secundum quam lectionem synalœpha opus est excluso os: ut sit Inter se coisse uir & decernere ferro. & Fors & uirtus miscetur in unum: casus in Turno: uirtus in Aenea: nam in bello etiam casus plurimum ualet. Cice in milioniana: Adde casus: adde incertos exitus: Martemq; communem. & Ac ueluti ingenti syla summo ue taburno: Syla mōs & silua est lucaniæ: taburnus mons campaniæ. Salu. De fugitiuis in silua syla fuerunt: unde pessime quidam silua legūt quia propriū appellatiuo exaq̄ri nō pōt: unde propriū bene iūxit. & Pauidi cessere magistri: p̄p̄rie magistri sunt militum: pastores pecorū: sed reciproca sunt inter se ista trāslatiōes: nā ductor militū pastor uocat: ut diximus supra: & magistros pecorū dicimus. Ctc. Quē magistrū pecoris esse dicebant. & Mussantq; iuuenca: dubitat: sic supra Mussat rex ipse Latinus. & Iuppiter ipse duas æquato examine lances: aut poetice dictū est: & ratione caret: nā Iuppiter ignorare nō poterat: aut certe illud quærēt quis sibi de Turno & Aenea mortis afferat causam, nam dicunt phisici mortē minime ad deū pertinere, nā bona tantū præstāt: nec ad eum quæ sunt mala pertinent: unde Cicero in officiis ait: Sed q̄ nocere deos non putant: his exceptis hominibus obesse plurimum arbitrantur. Tamen sciendum locum hunc a Vir. ita esse translatum: ut in Home. lectus est.

ΚΑΙ ΤΟ ΤΕ ΔΗ ΧΡΥΣΕΙΑ ΠΑΤΗΡΕΤΙ ΤΑΙΝΕ ΤΑΛΑΝΤΑ  
ΕΝ ΔΕ ΤΙΘΕΙ ΔΥΟΝΗΡΕ ΤΑΝΥΛΕΓΕΟΣ ΘΑΝΑΤΟΙΟ  
ΤΗΝ ΜΕ ΝΑΧΙΛΛΗΟΣ ΤΗΝ ΔΕΝΤΟΡΟΣ ΙΠΠΟΔΑΜΟΙΟ  
ΕΛΠΕ ΔΕ ΜΕΣΣΑΛΑΒΩΝ: ΡΕΠΕ ΔΕ ΕΥΤΟΡΟΣ ΑΙΣΙΜΟΝ  
ΗΜΑΡ.

ΩΧΕΤΟ ΔΕΙΣ ΑΙ ΔΑΟ: ΛΙΠΕ ΔΕ ΦΟΙΒΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝ,  
& Examine: examē p̄p̄rie est silū quo trutina regit,  
& Damnet labor: liberet: ut Damnabis tu quoq; uotis. & Vergat pondere letū: bene uergat: nā morientes inferos petunt. & Trepidig; latini: atqui læti esse debuerunt: sed nimia Aeneæ ostenditur uirtus, nāq; naturale ē ut sociis timori sit inferioris audacia: unde nūc latini sunt territi ex eo quod superiorem ferrire ausus est Turnus.

**C**CHRI. Quantus athon: mons hic Macedōiæ uel ut aliis placet thraciæ mari ægeo imminens tātā altitudinis: ut umbram suam in lemnum usq; iacere quidam dicant. Referuntq; habere in suo cacumine urbem attothon nomine: in qua homines duplo temporis quam alibi uiuant. Hunc montem cum continenti coniunctus esset Xerxes illum ducta fossā insulam reddidit. Fuit autem fosse latitudo tanta: ut duo triremes iunctæ enauigarent. & Eryx: mons siciliæ: quem alio loco descripsimus. & Appenninus: a liguria incipit uniuersamq; Italiā longitudine diuidens ad promontorium ultimum: quod appellatur Iunonis lacinæ definit. & Stupet ipse Latinus: Nam sua prudentia id considerabat quod reliqui nō aduerterent. & Fors & uirtus: uterq; enim uirtute sua utebatur & fortuna. & Inimica in prælia tauri: de natura & pugna taurorum est expressum in Georgicis.

Deferit & muros: & summas deferit arces:  
Præcipitatq; moras omnes: opera omnia rūpit  
Latitia exultans: horrendumq; in tonat armis:  
Quāt⁹ Athos aut q̄tus Eryx: aut ip̄e coruscis  
Cum fremit ilicibus quantus: gaudetq; niuali  
Vertice se attollēs pater Appēninus ad auras.  
Iam uero & Rutuli certatim: & Troes: & oēs  
Conuertere oculos Itali: quiq; alta tenebant  
Mœniā: quiq; imos pullabant Ariete muros.  
Armaq; deposuere humeris: stupet ipse Latin⁹  
Ingentis genitos diuersis partibus orbis  
Inter se coisse uiros: & Cernere ferro.  
Atq; illi ut uacuo patuerunt æquore campi  
Pro cursu rapido coniectis eminus hastis  
Inuadunt Martem clypeis: atq; ære sonoro.  
Dat gemitum Tellus: tū crebros ensibus ictus  
Congemināt: Fors: & Virtus miscēt in unū.  
Ac ueluti ingenti Syla summo ue Taburno  
Cum duo conuersis inimica in prælia Tauri  
Frontibus incurrunt: pauidi cessere magistri.  
Stat pecus oē metu mutū: mussantq; Iuuenca  
Quis pecori ip̄eritet: quē tota armēta sequāt.  
Illi inter sese multa uī uulnera miscēt:  
Cornuaq; obnixa infigunt: & sanguine largo  
Colla: armosq; lauāt: gēitu nemus oē remugit:  
Haud aliter Tros Aeneas: & Daunius Heros  
Cōcurrūt clypeis: ingēs fragor æthera cōplet:  
Iuppiter ipse duas æquato examine lances  
Sustinet: & fata imponit diuersa duorum:  
Quē dānet labor: & quo uergat pondere letū.  
Emicat hic (impune putans) & corpore toto  
Alte sublatum consurgit Turnus in ensē:  
Et ferit: exclamant Troes: trepidiq; Latini:  
Arrectæ amborum acies: at perfidus ensis  
Frangitur: in medioq; ardentem deferit ictu  
Ni fuga subsidio subeat: fugit ocyor euro.



Vt capulum ignotū: dextramq; aspexit inermem:  
 Fama est præcipitem cum prima in prælia iunctos  
 Conscendebat equos patrio mucrone relicto  
 Dum trepidant: ferrum aurigæ rapuisse Metisci.  
 Inq; diu: dum terga dabant palantia Teucris  
 Suffecit: postq; arma Dei ad Volcania uentum est  
 Mortalis mucro: glacies ceu futilis ictu  
 Dissiluit: fulua resplendent fragmina Arena.  
 Ergo amens diuersa fuga petit æquora Turnus:  
 Et nunc huc: deinde huc incertos implicat orbis.  
 Vndiq; enim densa Teucris inclusere corona.  
 Atq; hinc uasta Palus: hinc ardua mœnia cingunt.  
 Nec minus Aeneas: quanq; tardante sagitta  
 Interdum genua impediunt: cursumq; recusant  
 Insequitur: trepidiq; pedem pede feruidum urget:  
 Inclusum ueluti si quando in flumine nactus  
 Ceruum: aut puniceæ septum formidine pinnæ  
 Venator cursu Canis: & latratibus instat.  
 Ille autem insidiis: & ripa territus alta:  
 Mille fugit: refugitq; uias, at uiuidus umber  
 Hæret hians: iam iamq; tenet: similisq; tenenti  
 Increpuit malis: morsuq; elusus inani est.  
 Tum uero exoritur clamor: ripæq; lacusq;  
 Responsant circa: & Cælum tonat omne tumultu.  
 Ille simul fugiens Rutulos simul increpat omnes  
 Nomine quemq; uocās: notumq; efflagitat enssem.  
 Aeneas mortem contra: præsensq; minatur  
 Exitium si quisq; adeat: terretq; trementes  
 Excisurum urbem minitans: & faucibus instat.  
 Quinq; orbis explent cursu: totidemq; retexunt  
 Huc: illuc: nec enim leuia: aut ludicra petuntur  
 Præmia: sed Turni de uita: & sanguine certant.  
 Forte sacer Faunō foliis Oleaster amaris  
 Hic steterat: olim nautis uenerabile lignum:  
 Seruati ex undis ubi figere dona solebant  
 Laurenti Diuo: & notas suspendere uestes.  
 Sed stirpem Teucris nullo discrimine sacrum  
 Sustulerant: puro ut possent concurrere campo.  
 Hic hasta Aeneæ stabat: huc impetus illam  
 Detulerat: fixam & lenta radice tenebat.  
 Incubuit: uoluitq; manu conuellerè ferrum  
 Dardanides: telosq; sequi quem prendere cursu  
 Non poterat: tum uero amens formidine Turnus:  
 Faune precor miserere: inquit: tuq; optima ferrum  
 Terra tene: colui uestros si semper honores:  
 Quos contra Aeneadæ bello fecere pphanos.

C SER. Vt capulum ignotum dextramq;  
 aspexit inermen: locus hic totus ad gloriā Aeneæ  
 pertinet: nāq; id agit ne uideatur Turnus  
 armorum uilitate superatus: unde & ei reddi-  
 rur gladius: quo etiam cum diuinis armis ab  
 Aenea possit extingui, & Patrio mucrone reli-  
 cto: scilicet nō eo quo uulneratum uidit aeneā:  
 sed quo fuerat ante usus pater Daunus. Sane pa-  
 trio modo paterno significat: nam Dauni fue-  
 rat gladius: unde est illud Ensem quem dau-  
 no ignipotens deus ipse parenti Fecerat. Alias  
 patrium a patria est deriuatiuum, & Mortalis  
 mucro: mortali manu factus, & Vndiq; enim  
 densa teucris inclusere corona: strategema est:  
 nam postq; Turnū uidere fugere troiani claus-  
 re loca: per quæ euadere poterat, & Cursumq;  
 recusant: retardant: scilicet genua: quæ impe-  
 diebat uulnus illatum sagitta. Sane perite facit  
 ut gladio non utatur Aeneas: sed hasta eminus  
 superare contendat: quia impediēte uulnere  
 nec sequi poterat: nec in ictum consurgere: un-  
 de est Hic gladio fidens: hic acer & arduus ha-  
 sta, & Inclusum flumine: comparatio Apollōi.

Pterius in ceruo  
 p. 53.

& Puniceæ septum formidine pinnæ: Lucanus,  
 Claudit odoratæ metuentis aera pennæ, & Ve-  
 nator canis: p uenaticus, & Insidiis: pennarū, s.  
 & Viuidus umber: acerrimus thuscus, nā um-  
 bria pars est thuscia, & iam iamq; tenet: ita ut  
 uideretur intuentibus: & hi duo uersus uerbum  
 ad uerbum sunt translati de Apollonio.

& Increpat: obiurgat: incusat: ut Aestatem in-  
 crepitans seram, & Efflagitat enssem: cum cla-  
 more deposcit, & Terretq; tremētes: quis enim  
 faucibus non timeret instantem: quum eum in-  
 teger fugeret? & Ludicra petuntur: uilia digna  
 ludo: hi uersus de Homero translati.

ΕΠΕΙ ΟΥΧ ΙΕΡΗΙΟΝ ΟΥΔΕΒΟ ΕΙΗΝ ΑΡΝΥΣΗΝ  
 ΑΤΕΠΡΟΣΙΥ ΑΕΘΛΙΑ ΓΙΝΕΤΑΙ ΑΝΔΡΩΝ  
 ΑΛΛΑ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΘΕΟΥ ΕΝΤΟΡΟΣ ΙΠΠΟΔΑΜΟ-  
 ΙΟ.

& Sacer oleaster: fere omnia latina arborū no-  
 mina generis scemini sunt: exceptis paucis:  
 ut hic oleaster: hoc filer, Virg, Molle filer, Item  
 hoc buxum: licet & hæc buxus dicatur: nam  
 superfluam quidam uolunt facere discretio-  
 nem: ut hæc buxus de arbore dicamus: buxū  
 uero de ligno compositum, Legimus enim in  
 Virgi, de tibiis Buxusq; uocat berecintia ma-  
 tris idææ. Item cum de arboribus loquetetur  
 ait: Et torno rasile buxum, & Venerabile lignū:  
 antiquam arborem uoluit exprimere: ubi fi-  
 gere dona solebant proprie: ut Aut sacra ad fa-  
 stigia fixi, & Nullo discrimine: sine intuitu reli-  
 gionis, & Fixam lenta radice tenebat: plenum  
 est: quam radix fixam tenebat, & Ferrum terra  
 tene: pro tellus elementum pro dea posuit.

C HRI. Aut puniceæ septum formidine  
 pinnæ: & de ceruis dictum eorumq; stupore.



**C**SER. Non cassa in uota: nō ad inania uota poposcit auxiliū, ¶ Luctans moratus: luctatus & moratus erat integrum: quod uitaui propter ομοτελευτον. ¶ Rursus in aurigæ faciem murata metisci: ΝΑΤΑ ΤΟ ΣΙΟΠΩ/ ΔΕΥΟΥ intelligimus Iuturnam in numen reuerfam postq̄ currus reliq̄, ¶ Audaci nymphæ: ut supra diximus ubicunq; inducit nitētem aliquem sine effectu audacem dicas, ¶ Armis animisq; resecti: resecti sicut armis ita & animis: nanq; armorum inopia animi ante utriusq; torpebant, ¶ Certamina martis anhelii: alii certamine legunt: ut sit sensus: adfistunt contra se Martis anhelii certamine, ¶ Fulua de nube: de aere elemēto suo, ¶ Quæ iam finis erit coniux: quid deniq; restat Indigetē Aeneā: deniq; uerba ista quasi iā tediatis sunt ad longā Iunonis iracundiā: unde & paulopost ait: Desine iam tandem: precibusq; reflectere nostris, ¶ Indigetē æneā scis ipsa: subaudis fore: & indigetes dii duplici ratiōe dicunt: uel secundū Lucr. nullius rei egeat: qui ait Nihil indiga curæ: Vel certe idigetes dii sunt ex hominibus facti: & dicti indigetes q̄ si in diis agētes, ¶ Mortalin decuit uiolari uulnere diuom: non letali: sed aut quo mortales laborāt: aut a mortali il/ lato: diuū autē subaudi futurū, ¶ Quid. n. si te Iuturna ualere: parēthesis est. poterat. n. excusare se Iuno nil se fecisse cōmemorans: sed eā auctore fuisse Iuppiter dicit pp̄ illud auctor ego audendi, ¶ Desine iā tandē: singula p̄nuncianda sunt, ¶ Nec te tantus edat dolor: si desine oditis urgere troiāos. Sane edo is edit integrū uerbū est: ut lego legis it. Nā edo es est esse anomalū constat, ¶ Troianos potuisti: iam nō potes: ideo. n. præterito usus est, ¶ Summisso uultu: habitū futuræ oratiōis ostendit, ¶ Quia nota mihi tua magna uoluntas Iuppiter: necessitatē obiecerat fati dicēs. uentū ad supremū ē: sed Iuno sciens fatū eē q̄ qd Iuppiter dixerit: se cedere eius uolūtati asserit. nā agit ut conciliet sibi fauorē eius ad petitionē futurā, ¶ Digna indigna pati: omnia: & prouerbialiter dictū est, ¶ Nō ut tela tamē nō ut cōtenderet arcū: hoc loco q̄ si Iuturnā iecisse sagittā significat: sed ut supra diximus: possumus accipere q̄ alter in eius gratiā in Aeneā tela contorsit, ¶ Pro uita: ac si diceret p̄ re nobis data: iā superis, ¶ Ad iuro stygii caput implacabile: p̄ iuro. nā prothesis est. qdā tamē uolūt iuro tūc dici debere: cū confirmamus aliqd̄ aut p̄mittimus: ut iuro me facturū: adiuro uero cū negamus: ut ad iure me non posse: me nō fecisse. Ter. Adiurat se non posse apud uos Pamphilo absente perdurare. potest tamen & ad ualde significare, ¶ Vna superstitio: religio: metus: dicta eo quod superstet capiti omni religio. & est Homeri locus.

ΚΑΙ ΤΟ ΝΑΤΕΙ ΒΟΜΕΝΟΝ ΣΥΓΧΟΣ ὙΔΡΟ ΟΣΤΕ ΔΕΥΙΣ ΟΡΝΟΣ ΔΕΙΝΟ ΤΟΤΟΣ ΤΕ ΠΕΛΕΙ ΔΑΝΟΡΕΟΣ ΤΗΘΕΟΙΣΙΝ, ¶ Reddita: data: nā prothesis est, ¶ Nulla fati quod lege tenet: bene fati. nā uictoriæ lex est ut uicti cedāt in habitum nomenq; uictorū, ¶ Pro maiestate tuorum: respexit ad Saturnum qui aliquando in Italia regnauerat: unde ait tuorum. nam & Latinus inde originem ducit: ut Fauno picus pater: isq; parentem Te Saturne refert tu sanguinis ultimus auctor.

**C**CHRI. Troianos potuisti: Ad uitam moresq; pertinet: hæc fabula. Iuno autē est ipsa ambitio quæ impellit Turnum: id est iniustum regem: & fœdus rumpere: & multa infanda patrare, ¶ Verum Iuppiter: id est ipse tandem huiusmodi impia pacta cohæret atq; eum præstat fauorem recte a gentibus: & uictores euadere possint, ¶ Pro latio obtestor: ostēdit impudentiam ambitiosorum: qui etiā uicti aliquid contra fas petere audeant.

Dixit: opemq; Dei non cassa in uota uocauit.  
Nanq; diu luctans: lentoq; in stirpe moratus  
Viribus haud ullis ualuit discludere morsus  
Roboris Aeneas: dum nititur acer: & instat:  
Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci  
Procurrit: fratriq; ensem Dea Daunia reddit.  
Qd̄ uenus audaci nymphæ indignata licere  
Accessit: telumq; alta ab radice reuellit:  
Olli sublimes armis: animisq; resecti  
Hic gladio fidens: hic acer: & arduus hasta  
Insistunt contra certamina Martis anhelii.  
Iunonem interea Rex omnipotentis Olympi  
Alloquitur fulua pugnas de nube tuentem.  
Quæ iam finis erit coniux: qd̄ deniq; restat:  
Indigetem Aeneam scis ipsa: & scire fateris  
Deberi Cælo: fatiq; ad sidera tolli. (res)  
Quid struis: aut q̄ spe gelidis in nubibus hæ/  
Mortalin decuit uiolari uulnere diuom:  
Aut ensem (quid .n. sine te Iuturna ualere:)  
Ereptum reddi Turno: & uim crescere uictis:  
Desine iā tandē: precibusq; inflectere nostris:  
Nec te tantus edat tacitā dolor: & mihi curæ  
Sæpe tuo dulci tristes ex ore recurrent:  
Ventū ad supremū est: terris agitare uel undis  
Troianos potuisti: infandum accendere bellū:  
Deformare domū: & luctu miscerē hymenæos:  
Vlterius tentare ueto: sic Iuppiter orsus.  
Sic dea summisso contra Saturnia uultu:  
Ista quidē quia nota mihi tua magna uolūtas  
Iuppiter: & Turnum: & terras inuita relinquo:  
Nec tu me aerea solam nunc sede uideres  
Digna: indigna pati: sed flāmis cincta sub ipsa  
Starē acie: traheremq; inimica ī plia Teucros.  
Iuturnam misero (fateor) succurrere fratri  
Suasi: & pro uita maiora audere probaui.  
Non ut tela tamen: non ut contereret arcū:  
Adiuro Stygii caput implacabile fontis:  
Vna superstitio superis quæ reddita Diuis.  
Et nūc cedo eqdem: pugnasq; exosa relinquo:  
Illud te: nulla fati quod lege tenetur:  
Pro latio optestor: pro maiestate tuorum:



**SER.** Esto component: consentit: sed inuita. Sit romana potens itala uirtute propago: hoc uidetur dice  
re: si fataliter imminet ut a troianis origo romana descendat: troiani italorum nomen accipiant: ut romani de  
italis non de troianis uideantur esse progeniti. Es germana Iouis saturniq; altera proles: locus de obscuris:  
de quo quidam hoc sentiunt petis pene illicita: sed concedenda sunt: quoniam soror Iouis es: id est Saturni fi  
lia: quod si uoluerimus admittere: dupliciter sequens uersus erit incongruus: ut Irarum tantos uoluis sub pe  
ctore fluctus: unde melius est ut ita intelligamus soror Iouis es: id est Saturni: unde non mirum est tantam te

Cum iam connubiis pacem felicibus (esto)  
Component: cum iam leges & fœdera iungēt:  
Ne uetus indigenas nomen mutare Latinos  
Neu Troas fieri iubeas: Teucrosq; uocari  
Aut uocem mutare uiros: aut uertere uestes:  
Sit Latium: sint Albani per secula Reges.  
Sit Romana potens Itala uirtute propago:  
Occidit: occideritq; sinas cum nomine Troia.  
Olli subridens hominum: rerumq; Repertor  
Es germana Iouis: Saturniq; altera proles:  
Irarum tantos uoluis sub pectore fluctus:  
Verū age: & inceptū frustra summitte furorē.  
Do quod uis: & me uictusq; uolensq; remitto:  
Sermonē Ausonii patrium: moresq; tenebunt:  
Utq; est: nomen erit: commixti corpore tātum  
Subsident Teucri: morem: ritusq; sacrorum  
Adiiciam: faciamq; omnes uno ore Latinos.  
Hinc gen<sup>9</sup> Ausonio mixtū qd' sanguine surget  
Supra hoīes: supra irā Deos pietate uidebis.  
Nec gens ulla tuos æque celebrabit honores.  
Annuīt his Iuno: & mentem lætata retorfit.  
Interea excedit cælo: nubemq; reliquit.  
His actis aliud genitor secum ipse uoluit:  
Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.  
Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ:  
Quas & tartaream Nox intempesta Megarā  
Vno eodemq; tulit partu: paribusq; reuinxit  
Serpentum spiris: uentosq; addidit alas.  
Hæ Iouis ad solium: sæuiq; in limine Regis  
Apparent: acuuntq; metū mortalibus ægris.  
Siquādo letū horrificū: morbosq; Deum Rex  
Molitur: meritas aut bello territat urbes:  
Harū unam celerē demittit ab æthere summo  
Iuppiter: inq; omen Iuturnæ occurrere iussit:  
Illa uolat: celeriq; ad terram turbine fertur:  
Non secus ac neruo p nubem impulsa sagitta  
Armatam sæui Parthus quam felle ueneni  
Parthus siue Cydō telum immedicabile torfit  
Stridens: & celereis incognita trāsilīit umbras:

rūpat: ut legētis tediū excludat. Alitis: noctuā uel bubonē itelligit. Pro uirgi. p erepto uirginitatis honore.  
**CHRI.** Dicuntur geminæ pestes: de his in superioribus diximus: Hic tamen demonstrat quales sint fu  
rit aduersus superos: Asper ait Megaram habere uim tantum apud inferos.

retinere iracundiam sub pectore: nā scimus unum  
quemq; pro generis qualitate in iram moueri: nobi  
les enim & si ad p̄sens uidentur ignoscere: tamen in  
posterum iram seruant: quod nunc Iunoni uidetur  
obiicere, nam cum se concedere diceret: petit tamen  
quod grauiter possēt obesse troianis: sic Home. in  
ducit Calchanta dicentem de Agamemnone. Re  
gum iræ ita se habent: ut etiam si ad p̄sens indulgere  
uideat: stimulos iracūdiæ ad futurū referuēt. (PHI  
ΗΡΕΙΣΣΩΝ ΥΑΡ ΒΑΣΙΛΕΥΣ: ΟΤΕ ΧΩΣΕΤΑΙ ΑΥΔΡΙΧΕ  
ΗΠΕΡ ΥΑΡ ΤΗ ΧΟΛΟΝ ΥΕ: ΚΑΙ ΑΥΤΗ ΜΑΡΝΑΤΑ ΠΕΨΑ  
ΑΛΛΑ ΥΕ: ΚΑΙ ΜΕΘΟΠΤΙΘΕΝ ΕΧΕΙ ΝΟΤΟΝ ΟΦΡΑ ΤΕΛΕΣΘΗ  
Do qd uis: bene p̄senti usus ē tpe nā pmissio ī diis  
p̄facto ē. Subsident: remanebūt: latebūt latinorū. s.  
multitudine: ut Galeaq; ima subsedit acestes, p̄ Ri  
tusq; sacrorū adiiciā: uerū ē: nā sacra m̄ris deū romāi  
phrygio more coluerūt. p̄ Mētē lætata retorfit: iste  
quidem hoc dicit: sed constat bello punico: secundo  
exorātā Iunonem: tertio uero bello a Scipione sacris  
qbusdam etiam romā eē trāslatā. p̄ His actis: remo  
to Turno auxilio. p̄ Dimittere ab armis: p̄ trāsītum  
historiæ usus ē uerbis: nā qui ab exercitu relaxantur  
ab armis dicūtur dimitti. Salusti. De appio ubi eum  
tota in cōtōe ab exercitu cogit discedere dicit se eius  
opa nō usurū: eūq; ab armis dimittit. p̄ Pestes cogno  
mine diræ: p̄prie pestes uocantur: diræ uero cogno  
mine: & dictæ diræ q; non nisi ante iratū Iouē uidē  
tur: ut sæuiq; ī limine regis Apparent diræ. p̄ Tartā  
reā megaram: bene tartareā addidit: ut ostendat eē  
& terrenam & aeream Megarā. nam ut ē in tertio  
diximus: uolunt p̄iti quādam triplicē potestate & in  
terris & apud supos: sicut ē furiæ apud iferos. Ideo  
aūt dicit has ex nocte p̄genitas, ut ostēdat & latēter  
oriri: & itolerabile esse irā deorū. p̄ Vno eodēq; tulit  
partu: dispositio hæc poetæ: q; dicit has & similes eē  
furiis & cū his eē p̄creatas. hoc agit ut ostēdat illam  
prudētū opinionē eē tā apud supos q; in terris: sicut  
apud iferos furias. p̄ Apparet: p̄sto sunt ad obsequiū:  
unde ē apparitores cōstat esse noiatos. p̄ Letū horri  
ficū: uolūt Iouem nō esse mortis auctorem: sed posse  
mortis genere uel prodesse uel obesse mortalibus.  
p̄ Inq; omen iuturnæ occurrere iussit: ut Iuturnæ  
omē fraternæ mortis efficeret. p̄ Nō secus ac neruo  
p nubem: sic illa descendit ut solet sagitta descēdere.  
hinc Statius traxit ut diceret de disco iacto Similisq;  
cadēti Crescit in aduersos. Impulsa autē p̄prie: sic iū  
pra Incertum qua pulsa manu. p̄ Felle ueneni: amari  
tudine ueneni parthini. sagittas ueneno oblinūt. Luc.  
Spicula nec solo spargunt fidentia ferro. Stridula sed  
multo saturantur tela uenēo. p̄ Trāsilīit umbras: hy  
perbole ē: nāq; umbras semp tela comitant. hinc ait  
Trāsilīit umbras sagitta maleenī qdā auras legunt.  
**DONA.** Nō se iterponit p̄bola q; narratio iter



**SER.** Talis se taliter collecta ex nimia scilicet furiae magnitudine. Culminibus desertis: noctua dicit non bubonem: nam ait Alitis in parua. Bubo autem maior est. Serum canit: triste: diurnum: ut Sera per terfici cecinerunt omina uates. Salustius: Serum bellum in angustiis futurum. Sonans clypeumque euerberat alis: signa sunt ista plangentium. Stridorem: uocis: scilicet sonum: nam utrunque tangit augurium & oscinum & praepetum: quod grauius posset obesse troianis. sic Home inducit calchantem.

ἄνθρωπος δ' αὐτὸς ποτατὸ οὐρομένη φιλάττην  
τὴν δ' ἐλελίξεν ἀμενὸς πτερυγὸς λαβὲν ἀμφιᾶχυν

Dirae: immiti: quae posset fratrem cernere tot laboribus subditum. Mōstro: augurio ex Iouis uoluntate uenienti. Obscenae uolucres: inuidiose dixit: nam una est. Quo uitam dedit aeternam: quia occurrebat: sed praestitit immortalitatem: dicit hanc aeternam esse causam doloris. Glaucō amictu: quasi nymp̄ha propter undae similitudinē. Ingens arboreū: non sunt duo epitheta: sed Aeneas ingēs telū coruscat arboreum. Contrahe: collige. Est autem hostilis iracūdia. Caput quassans: concutiens & cōquassans caput. Et Iuppiter hostis: ordo est ferox hostis. Saxū circūspicit: Home: totus hic locus est.

ἀλλαν ἀχασσαμένους λίθου εἶλετο χεῖρι παχέῃ  
νεῖ μένον ἐν πείδι ὠμελάγα τρηνήν τέ μέγαν τε

Et alibi,

ἐν τῷ ἀρπάζας λααν φέρειν: ὄσρα πύλαων  
εἴηνε προῶθεν.

Capo quod forte iacebat limes agro positus: secundū artē priori respondit. sic Salustius: Est in carcere locus quod tullianū appellatur. Manu raptū trepida: aut festina: aut re uera trepida: quia sequitur. Sed neque currentē: nec se cognoscit euntē. Torquebat: bene imperfecto usus est tēpore: quia nō est perfectū quod uoluit: ut Nec spaciū totū euasit: nec ptulit ictū.

**DONA.** Aeneas in stat: redit ad narrationem quam interruperat interpositis dictis Iunonis: Iouis: & Iuturnae. Ingens arboreum: Non astam: sed gestatorem laudat. Pinnis: Semper pinna & non penna est apud Donatum.

**CHRI.** Alto: profundo: ut ne tam crudele spectaculum uideret: nam grauiora: ut iam diximus sunt quae uidemus quae audimus. Arboreum: expressit quid diceret ingens. Quae nunc deinde mora: amara in hostem uerba & hominis indubitata uictoriam sibi proponentis & quae simpliciter aeneae clementiae non conuenirent: sed merita Turni haec ab eo extorquebat. Ille caput quassans: non discedit a ferocitate sua: & uictus se uictum ferri non uult. Neque humanis aeneae uiribus cedit: sed a Ioue superari dolet. Torquebat: incipiebat quod contorquere: sed defecerunt uires: ut rem perficere non posset. Genua labant: proceleumaticus pes est: qui ex quatuor syllabis constat. Potest tamen re dire ad dactylum si u quae uocalis est cōuertatur in consonantem & facta syneresi genua duarum sit syllabarum. Concreuit: contiguit: ut Subito concreuit flumine crusta. De hoc dictum est in Georgicis. Per inane: uacuum. At qui dare uacuum non: Sed regisum ab aere occupatum dicimus uacuum: quia ita cedit aer ut Nihil esse uideatur.

Talis se fata nocte tulit: terrasque petiuit:

Postquam acies uidet Iliacas: atque agmina Turni:

Alitis in parua subito collecta figuram

Quae quodam in bustis: aut culminibus desertis

Nocte sedens seque canit importuna per umbras:

Hanc uersa in faciem Turni se pestis ad ora

Fertque: refertque sonans: clypeumque euerberat alis.

Illi membra nouos soluit formidine torpor:

Arrectaeque horrore comae: & uox faucibus haesit.

At procul ut dirae stridorem agnouit: & alas

Infelix Crines scindit Iuturna solutos

Unguibus ora soror caedans: & pectora pugnis.

Quid nunc te tua Turne potest germana iuuare?

Aut quod iam miseram superat mihi: qua tibi lucē

Arte morer: talin possum me oppoere mostro:

Iam iam linquo acies: ne me terrete timentem

Obscenae uolucres: alarum uerbera nosco:

Letalemque sonum: nec fallunt iussa superba.

Magnanimi Iouis: haec per uirginitate reponit:

Quo uitam dedit aeternam: cur mortis adempta est

Conditio: possem tantos finire dolores

Nunc certe: & misero fratri comes ira per umbras

Iam mortalis ego: haud quicquam mihi dulce meorum

Te sine frater erit. o quae satis ima dehiscat

Terra mihi: mensesque Deam demittat ad imos:

Tantum effata: caput glauco contextit amictu

Multa gemens: & se fluuio dea condidit alto.

Aeneas instat contra: telumque coruscat

Ingens arboreum: & saeuo sic pectore fat. (etas:

Quae nunc deinde mora est: aut quod iam turne retra

Non cursu: sauis certandum est cominus armis.

Verte omnes tete in facies: & contrahe quicquid

Siue animis: siue arte uales: opta ardua pinnis

Astra sequi: clausumque caua te condere terra.

Ille caput quassans non me tua feruida terrent

Dicta ferox. Dii me terrent: & Iuppiter hostis.

Nec plura effatus: saxum circūspicit ingens

Saxum antiquum: ingens campo quod forte iacebat

Limes agro positus: litem ut discerneret aruis.

Vix illud lecti bis sex ceruice subirent

Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Ille manu raptum trepida torquebat in hostem

Altior insurgens & cursu concitus Heros.

Sed neque currentem se: nec cognoscit euntem

Tollentem ue manu: saxumque imane mouente:

Genua labant: gelidus concreuit frigore sanguis.

Tum lapis ipse uiri uacuum per inane uolutus



**SER.** Nec spatium euasit: hic distinguendum ut sit totum nec totum pertulit ictum: id est euacuatus est impetus ipsius spacio longiore. Ac ueluti insomnis: comparatio Homeri. Nec quo se eripiat: totum enim Troiani clauerant. Sortitus fortunam oculis: hunc locum ad ferendum oculis elegit Aeneas: quem fortuna destinauerat uulneri. Fulmine tanti: pro tonitru sine quo nunquam fulmen mittitur. Atri turbinis instar: multis utitur comparationibus ad exprimendum nimium impetum. Et instar ut supra diximus per se plenum est: nec recipit praepositionem: licet Serenus ad instar dixerit: quod in idoneis non reperit auctoribus. Ictus:

Nec spatium euasit totum: nec pertulit ictum.  
Ac ueluti insomnis oculos ubi languida pressit  
Nocte quies: nequiquam auidos extendere cursus  
Velle uidemur: & in mediis conatibus aegri  
Succidimus. non lingua ualet: non corpore nota  
Sufficiunt uires: nec uox: nec uerba sequuntur:  
Sic Turno quacunq; uiam Virtute petiuit:  
Successum Dea dira negat: tum pectore sensus  
Vertuntur uarii: Rutulos asperat: & urbem.  
Cunctaturq; metu: telumq; instare tremiscit:  
Nec quo se eripiat: nec qua ui tendat in hoste.  
Nec currus usq; uidet: aurigamq; sororem:  
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat  
Sortitus Fortunam oculis: & corpore toto  
Eminus intorquet: murali concita nunquam  
Tormento sic saxa fremunt: nec fulmine tanti  
Dissultant crepitus: uolat atri turbinis instar  
Exitium dirum hasta ferens: orasq; recludit  
Loricæ: & Clypei extremos septemplex orbis  
Per medium stridens transit femur: incidit ictus  
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.  
Consurgunt gemitu Rutuli: totusq; remugit  
Mons circum: & uocem late nemora alta remittunt.  
Ille humilis: supplexq; oculos: dextramq; precantem  
Protendens: equidem merui nec deprecor inquit.  
Vtere sorte tua: miseri te si qua parentis  
Tangere cura potest: oro: fuit & tibi talis  
Anchises genitor: Dauni miserere senectæ:  
Et me seu corpus spoliatum lumine maui

percussus: nunc participium est: ac si diceret cecidit elisus. Equidem merui: secundum artem rhetoricam: nam quoties personae in inuidia sunt aliae pro his proponuntur: unde ait: Ego quidem occidi me reor: sed tu debes ignoscere parentis intuitu. Nec deprecor: non refuto. Vtere sorte tua: interfice hostem tuum. Fuit & tibi talis Anchises: hic distinguendum ut duo dicat: & habuisti patrem: & pater es. Et me Redde meis: ordo est redde meis: sed ne ex apertorem uiro forti pudendam peteret: interpositione usus est dicens Seu corpus spoliatum lumine maui.

**DONA.** Insomnis: ponit parabolam quam quisq; in se expertus intelligere potest quid Turno euenerit. Urbem: uel in qua erat Lauinia: uel unde expectaret auxilium: quod pudor petere uetabat. Nec quo se eripiat: fugiendi occasio deerat. Audi fiducia negabatur: nullum sperabat auxilium sorore iam remota. Humilis: corpore: id est supplex deiecto fastu.

**CHRI.** Nec spatium euasit: id est non est egressus ex toto illo spacio: qui intercedebat inter se & Aeneam. Ergo defecit in spacio antequam ad Aeneam perueniret: hinc est quod non pertulit: id est ad destinatum finem tulit. Nam per in compositionem at solutam rem demonstrat. Hinc illud est: Vt si quis legere incœperit & non totum legerit dicat legi: sed non perlegi. Quod autem de insomnio dicit physicum est. Sortitus fortunam oculis: id est sumens fortunam: id est fortunam ictum oculis: quia oculis praelegit quo telum dirigat: quæ res sibi futura sit fortunata. Nec fulmine tanti Dissultant crepitus: sententia est non uenit tanto impetu fulmen: nam fulminis impetu scinduntur nubes. Vnde ipse dissultando gignunt crepitum. Turbinis: de quo iam dictum. Ille humilis: optimum exemplum: nam superbiores qui sunt nunquam cedere potiori uolunt: nisi cum penitus uicti sunt: & quo tempore nihil illis predest. Merui nec deprecor: Cum uiro forti pudenda res uideretur uitam ab hoste deprecari: id artificio se latere agit: & primo permittit mortem suam sibi: quæ res uidetur posse uehementer hosti

miseri cordiam commouere. Deinde cum persona sua odiosa sit: interponit personam parentis: quod ualidissimum esse poterat: praesertim apud eum qui in patrem sapientissimus fuit. Vtere sorte tua: non concedit plenam uictoriam sibi: non enim dixit utere fortitudine tua: sed fortuna quæ tibi magis quam uirtus fauit. Miseri parentis: Commiseratio a statu quod miser: & a sanguine quod parens: & postremo ab ætate: cum dicit: dauni miserere senectæ. Et me: dum praecatur reddat cadauer potest flectere ut condonet uitam. Vicisti: Magna est laus quod uicti testimonio uictor euadas. Et uictum: Cum summo gemitu pronunciantur. Non enim mouetur morte uir fortis: Sed quod uictus sit.



**SER.** Tendere palmas aufonii uidere: ad gloriam Aeneae pertinet q̄ se Turnus cunctis praesentibus uictu fatetur. **T**ua est lauinia coniu: quae fuerat causa certaminis. **V**lterius ne tende odiis: noli uelle crudelitatem tuam ultra fata protendere: sed redde corpus sepulcro. **A**cer in armis: non tantum ad praesens refertur: sed quia semper in armis acer esse consueuit. **C**unctantem flectere sermo coeperat: omnis intentio ad Aeneae pertinet gloriam: nam ex eo quod hosti cogitat parcere: pius ostenditur: & ex eo quod eum interemit pietatis gestat infigne, nam Euandri intuitu Palantis ulciscitur mortem. **I**nfelix Balteus: nulli domino felix, & sic est dictu infelix balteus sicut Lacedaemōios hymenaeos.

**E**t sciendum balteum habuisse Turnum ad insultationem: & iactantiam: non ad utilitatem. **V**nde est **A**tq; humeris inimicum infigne gerebat. **M**onumenta doloris: proprie, nam & monumentum ab eo dictum est quod mentem moneat. **H**ausit: uidit: ut Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto. **P**alas Immolat: ad suae mortis & abrupti foederis ultionem te tanquam hostiam immolat Palas. **F**rigore: morte: ut Corpusque lauant frigentis: & unguunt. **V**itaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras: indignata uel quia mox preces ueniam non meruerant: uel quia Lauiniam fore sciebat Aeneae: uel quia: ut supra de Camilla diximus: discedebat a iuuenae, nam uolunt physici animam discedere a corpore inuitam: cum quo adhuc habitare naturae legibus poterat, sic **H**ome, ΨΥΧΗ ΔΕΝ ΜΕΛΕΩΝ ΠΤΑ/ ΜΕΝΗ ΑΙΔΟΣ ΔΕΒΕΒΗΝΕΙ: ΟΥ ΠΟΤ. ΜΟΥ ΥΟΟΟΥΣ ΑΛΙ/ ΠΟΥΣ ΑΝΔΡΟΤΗ ΤΑ ΚΑΙ ΗΣΗΝ.

**DONA.** Victoria aeneae: quam ponit in fine operis perficit atq; absoluit cumulum laudum aeneae: quas a principio ad finem omni artificio continuauit.

**CHRI.** Aufonii: Quos ego cupiebam adhibere testes meae uictoriae testes erunt meae ignominiae. **E**t haec etiam flectere potuerunt aeneam: ut cum natus esset plenam uictoriam in uictum clementia uerteret: quod omnino fortissimi uiri est. **A**ufonii: apud quos summam gloriam ex rebus per multa tempora praclarissime gestis acquisuerat apud eosdem momento temporis & illam amitto & ignominiam subeo. **V**idere: quod neque haecenus uiderat: nec uisuros putarant. **T**ua: Qua quid mihi miserius accidere potest: ut uictor premium uictoriae secum auferat. **L**auinia: Emphasim habet nomen: quasi dicat: quam ego mea uita carior habui: & propter quam omnes hos labores pertulisti. **V**lterius ne tende odiis: non enim est magni & excelsi uiri: cum hostem tanta gloria superarit: & omnia sit premia consecutus: eum occidere uelle: nam inter magnas fortitudinis partes reponitur inimicitias condonare: nam uindictam quaerere humilis pusillique animi esse apparet, hinc Iuuenalis, **A**d summam collige quod uindicta nemo magis gaudet quam foemina. **S**tetit acer: constitit non metu: Quia acer sed inclinatus ad misericordiam: ignouissetq; si Turnus Palanti ignouisset. **S**ed cum ex Balthei admonitu recordaretur crudelitatis Turni magis pius iudicauit amico Euandro: & qui sua causa filium unicum amiserat satisfacere quam inimicissimo Turno uitam concedere: ut pietate potiusquam crudelitate ipsum interemerit. **A**dmonet praeterea Poeta multa in uita facere homines tanquam ad suam immortalitatem & Gloriam pertineant: ex quibus deinde in exitum ruunt. **I**d enim ob direptum Palantis baltheum opinione sua deceptus in se expertus est Turnus. **F**uriis & ira: implacabili indignatione. **T**u: tam immitis. **I**ndute spoliis meorum: quod non ad tuam defensionem: sed ad superbiam & iactantiam pertinet. **M**ihi: emphasim habet: quasi dicat: tam forti: tam inuictarum in meos collatarum persecutori. **P**alas: non mea crudelitas: Sed ultio quam palanti dabo. **I**mmolat: non ueluti hostem casum: sed ueluti hostiam quae fracti foederis iustissimum piaculum sit. **S**clerato: contra pacem primo & contra iura hospitalitatis: **D**einde contra foedus arma sumperat.

**Redde meis: uicisti: & uictum tendere palmas Aufonii uidere: tua est Lauinia coniu.**

**Vlterius ne tende odiis: stetit acer in armis Aeneas uoluens oculos dextramq; repressit. Et iam iamq; magis cunctantem flectere sermo Coeperat infelix: humero cum apparuit alto Balteus: & notis fulserunt cingula bullis: Palantis pueri: uictum quem uulnere Turnus Strauerat: atq; humeris inimicum infigne gerebat Ille oculis postquam saui monumenta doloris Exuuiasq; hausit: furiis accensus: & ira Terribilis tu ne hinc spoliis induite meorum Eripiare mihi: Palas te hoc uulnere Palas Immolat: & poenam scelerato ex sanguine sumit. Hoc dicens ferrum aduerso sub pectore condit Feruidus: ast illi soluuntur frigore membra: Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.**

**Explicit Liber duodecimus.**

**Explicit Liber duodecimus.**





Maphei Veggi laudēsis poetæ clarissimi: Liber Ter-  
tiusdecimus Additus duodecim Aeneidos libris.



Urnus ut extremo uitâ sub Marte profudit,  
Subdunt se rutuli æneæ troiana sequentes  
Agmina: dehinc superis meriti redduntur  
honores.

Congaudet gnato ac sociis memorat ante malorum  
Actorum pater æneas: turni inde latinus  
Morte dolet: patriæ miseranda incendia daunus  
Euerſæ: & cari deflet pia funera gnati,  
Connubium instaurat gnata: lætosq; hymeneos,  
Rex focer æneæ genero: gens utraq; pacto  
Fœdere pacis ouat: tum nomine coniugis urbem  
Instruit: & tandem placida sub pace regentem  
Transtulit æneam uenus astra in summa beatum.



Urnus ut extremo deuictus  
Marte profudit  
Effugientē animam medioq;  
sub agmine uictor  
Magnanimus stetit æneas ma-  
uortius heros  
Obstupuere omnes: gemitū  
dedere latini  
Et durum ex alto reuomen-  
tes corde dolorem.

Concussis cecidere animis: ceu frondibus ingens  
Sylua dolet lapsis boreali impulsa tumultu,  
Tum tela infigunt terræ: & mucronibus herent:  
Scutaq; deponunt humeris: & prælia damnant  
Infantumq; horrent optati martis amorem  
Nec frenum nunc colla pati captiua recusant:  
Et ueniam orare: & requiem finemq; malorum  
Sicut acerba duo quando in certamina tauri  
Concurrunt largo miscentes sanguine pugnam  
Cuiq; suum pecus inclinât: sin cesserit uni:  
Palma duci: mox quæ uictor pecora ante faebant  
Nunc sese imperio subdunt uictoris: & ultro  
Quanq; animū dolor altus habet: parere fatentur  
Non aliter rutuli licet ingens meror adhaufit  
Pectora pulsa metu cæsi ducis: in clypea malunt  
Arma sequi: & phrygium æneam: fœdusq; præcari

Pacis: & æternam rebus belloq; quietem  
Tunc turnum super assistens placido ore profatur  
Aeneas: quæ tanta animo dementia creuit:  
Ut teucros superum monitis summiq; tonantis  
Imperio huc uectos patereris daunia proles  
Italia: & pactis nequicquam expellere tectis?  
Disse Iouem reuereri: & iussa facessere diuum,  
Magnum etiam capiti ira Iouem: memoresq; malorū  
Sollicitat uindicta deos: en ultima tanti  
Meta furoris adest: quo contra iura fidemq;  
Iliacam rupto turbasti fœdere gentem,  
Ecce suprema dies aliis exempla sub æuum  
Venturum missura Iouem ne temnere frustra  
Fas sit: & indignos bellorum accendere motus:  
Nunc armis lætare tuis: heu nobile corpus  
Turne iaces: at non tibi erit lauina paruo  
Nec dextra tamen æneæ cecidisse pudebit,  
Nunc rutuli hinc auferte ducem uestrū: arma uirūq;  
Largior atq; omnem defendæ mortis honorem:  
Sed quæ palantis fuerant ingentia balthei,  
Pondera transmittam euandro: ut solacia cœso  
Haud leuia hoste ferat: turnoq; exultet adempto  
Vos memores tamen aufonii melioribus uti  
Discite bellorum auspiciis: ego sidera iuro  
Nunq; acies: nunq; arma libeus in prælia moui:  
Sed uestris actus furiis defendere toto  
Optauī: & licuit troianas robore partes,  
Nec fatus plura æneas se lætus ad altos  
Verrebat muros & troia tecta peteba:  
Vna ipsum teucrorum omnis conuerſa iuuentus  
Exultant sequitur: uolucresq; per arua pedum ui  
Quadrupes citat incusans acri ore latinos:  
Ignauosq; uocans: itrepiat altus plausibus æther  
Et quis inhumata rogis dare corpora surgat  
Ingens cura animo sociosq; imponere flammis  
Maius opus tamen æneas sub pectore uoluens  
Primū aris meritos superū mandabat honores:  
Tum pingues patrio iugulant ex more iuuenos,  
Immittuntq; fues: niueasq; in templa bidentes  
Purpuream effuso pulsantes sanguine terram  
Viscera diripiunt: & cæsim in frustra trucidant,  
Denudatq; gregem: & flammis ueribusq; remittunt  
Tum uina effundunt pateris: & dona lyei  
Accumulant: plenis uenerantur lancibus aras,  
Thura ignes aduolent: onerata altaria fumant,  
Tum plausus per tecta mouent: magnūq; tonantem  
Extollunt: ueneremq; & te saturnia iuno  
Iam placidam: & meliorem ingenti laude fatentur  
Mauortemq; ipsum: tum cætera turba deorum  
In medium effertur summis cum uocibus altos  
Perlata ad cœlos: ante omnis gratior unus  
Aeneas duplices mittebat ad æthera palmas:  
Et puerum pauca ore dabat complexus iulum  
Nate in quo spes una patris per tanta laborum  
Quem uariis actus fatis discrimina duxi  
Ecce inuenta quies: ecce illa extrema malorum  
Erumnis factura modum acceptissima semper  
Atq; optata dies: quam dura in bella uocatus  
Sæpe tibi diis auspiciis meminisse futuram  
Iam memini: nunc te cum primum aurora ruebit  
Crastina sublimem rutulorum ad mœnia mittam.  
Dehinc sese ad gentem iliacam uolebat: & alto  
Pectore uerba trahens blando est sic ore locutus,



O socii per dura ac densa pericula uesti  
Per tantos bellorum æstus duplicesq; furores  
Armorum: per totq; hyemes: per quicquid acerbum  
Horrendum: graue: triste: ingēs: per quicquid iniquū  
Infaustum & crudele foret conuertite mentem  
In melius: iam finis adest: hic meta malorum  
Stabit: & optatam latia cum gente quietem  
Jungemus: dabit inde mihi lauinia coniunx,  
Bello acri defensa italo cum sanguine mixtam  
Troianam transferre æterna in sæcula gentem  
Vnum oro socii ausonios communiter æquo  
Ferte animo: & uosmet socero obseruate latinos:  
Sceptrum idem sublime geret sententia mentem  
Hæc habet: at bello uos & præstantibus armis  
Discite me & pietate sequi quæ gloria nobis  
Cesserit in promptu est: sed cœlum & sydera testor  
Qui uos tantorum eripui de clade malorum  
Idem ego sub maiora potens uos præmia ducam,  
Talibus orabat: uariosq; in pectore casus,  
Præteritos uoluens partamq; labore quietem  
Haud: paruo: nimium ardenti exundabat amore  
In teucros: grauius tandem euasisse periculis  
Exultans: uelut exiguis cum ex æthere gyrans  
Incubuit pullis: & magno turbine miluus  
Infilens auido ore furit: stragemq; minatur  
Tum cristata ales perculso pectore mater,  
Confurgit misero gnatorum exterrita casu  
Rostrum acuit: totisq; petit conatibus hostem  
Et multa expulsus ui tandem cedere cogit  
Dehinc perturbatos crocitant exquiri: & omnes  
Attonitos cogit pro caris anxia gnatis  
Et tanto ereptos gaudet superesse periclo,  
Non secus anchisa genitus mulcebat amicis  
Troianos dictis: antiquum corde timorem,  
Flagrantis agitant curas & gaudia longis  
Tandem parta malis: & quæ perferre molestum  
Ante fuit: meminisse iuuat: uerum altior idem  
Ingenti & clara æneas supereminet omnes  
Virtute excellens: & pro tot numina donis  
Exorat: summisq; louem cum laudibus effert,  
Interea rutuli: magnum & miserabile funus  
Exanimumq; ducem tulerant sub tectâ frequentes  
Correpti mœrore animos: largumq; pluentes  
Hymbrem oculis: & iam lato clamore latinum  
Defessum & uarios agitantem pectore casus  
Complerant qui: postq; altos crebescere questus  
Et turnum ingenti confossum uulnere uidit:  
Haud tenuit lachrymas: dehinc mœstū leniter agmē  
Corripuit manibus uerbisq; silentia ponens  
Ceu spumantis apri quando per uiscera dentes  
Fulmineos canis excepit præstantior omni  
Ex numero: tunc infausto perterrita casu  
Cætera turba fugit latrantum: atq; ore magistrum  
Circunstans querulo pauit: magnoq; ululatu  
Infremit: ac cōmota manu dominisq; iubentis  
Ore silet: gemitumq; premit: seseq; cohercet,  
Haud aliter rutuli suppressa uoce quierunt,  
Tunc sic illachrymans rex alto corde latinus  
Verba dabat: quantos humana negocia motus  
Alternasq; uices miscent quo turbine fertur  
Vitta hominum o fragilis damnosa superbia sceptri  
O furor o nimium dominandi innata cupido

Mortales quo cæca uehis: quo gloria tantis  
Inflatos transfers animos quæ sita periculis?  
Quot tecum insidias: quot mortes: quanta malorū  
Magnum tormentum geris: quot tela quot enses  
Ante oculos si cernis habes: heu dulce uenenum  
Et mundi lætalis honos: heu tristia regni  
Munera: quæ haud paruo consistunt: & grādia rerū  
Pondera: quæ nunq; placidam promittere pacem  
Nec requiem conferre queant: heu sortis acerbæ  
Et misere regale decus: magnoq; timori  
Suppositos regum casus paciq; negatos:  
Quid turne ingenti ausoniam mouisse tumultu  
Et dura æneas turbasse in bella coactos,  
Quid iuuat & uiolasse sacræ promissa quietis  
Pignora quæ tibi tanta animo impatientia uenit  
Ut martem cum gente deum: iussuq; tonantis  
Huc uesta gereres: & nostris pellere tectis  
Vltro instans uelles nateq; abrum pere fœdus  
Pollicitæ genero æneæ: & me bella negante  
Dura mouere manu: quæ tanta infania mentem  
Implicuit: quotiens te in sæui martis euntem  
Agmina sublimēq; in equo: & radiātibus armis  
Tentauit reuocare: & iter suspendere cœptum  
Corripui: & pauitans cedentem in limine frustra,  
Inde ego quanta tuli: testantur mœnia tectis  
Semirutus magniq; albentes ossibus agri:  
Et latium toto uacuatum robore: & ingens  
Exitium fluuiiq; humana cede rubentes  
Et longi trepidiq; metus: duriq; labores  
Quos totiens senior per tanta pericula cœpi,  
At tunc turne iaces: ubi nam generosa iuuentæ,  
Gloria: & excellens animus: quo splendidus altæ  
Frontis honos: quoniam illa decens it frontis imago  
Ha quantas dauno lachrymas acresq; dolores  
Turne dabis: quanto circumfluet ardea fletu  
Sed non degeneri: & pudibundo uulnere fossum  
Aspiciet: saltem hoc miseræ solamen habebit  
Mortis: ut a neæ troiani exceperis enses,  
Hæc fatus lachrymisq; genas impleuit obortis,  
Tum sese ad turbam uoluens miserabile corpus  
Attoli: & charam mœsti genitoris ad urbem  
Deferri atq; pios fieri mandabat honores,  
Mox circumfusi rutuli lato agmine cæsum  
Sublimē ingenti iuuenem posuere pheretro:  
Multa super teucrum raptorum insignia secum  
Et galeas: & equos: ensesq; & tela ferentes  
Post curus phrygia sudantes cæde sequuntur,  
It lachrymans: & ducit equum docta arte metiscus  
Rorantem: & fletu madidum qui uexerat ante  
Victorem turnum: atq; hostili strage furentem  
Hinc alii uersa arma gerunt: tum cætera pubes  
Flens sequitur: largisq; humectat pectora guttis  
Et iam fessi ibant per muta silentia noctis  
Cædentis sese: gressumq; ni tecta latinus  
Flexerat ingenti turbatus funere mentem  
Vna omnes lachrymas: matres: pueriq; senesq;  
Fundebat mœstam implentes mugitibus urbem,  
Inscius ad tantos daunus superesse dolores  
Et gnatum extremo consumptum Marte superbā  
Effudisse animam: largisq; ad mœnia duci  
Cum lachrymis: alios gemitus curasq; fouebat  
Namq; ex diuersa caderent dum parte latini:



Et calido turnus fœdaret sanguine terram  
 Urbem ingens flâma: & muros inuaserat altos  
 Fumabatq; rutis miseri patris ardea tectis  
 Et tota in cinerem uergebat: & astra fauillæ  
 Altiolæ implebant: nec spes plus ulla salutis  
 Siue quidem sic diis placitū est: seu presia turni  
 Signum ut fata darent horrendo Marte perēpti  
 Extemplo concussi animos: turbataq; ciues  
 Pectora cedentes miserandæ sortis iniquum  
 Deflebant casum: longoque ex ordine matres  
 Atq; auidos totis fugiebant uiribus ignes.  
 Ac ueluti cum nigra cohors posuere sub alta  
 Arbore & in fissâ radice cubilia longo  
 Formicæ instantes operi: si dura securis  
 Incumbat: uersosq; infringat culmine paruas  
 Sæua casus: mox certatim sese agmine sparso  
 Corripiunt: mœstæq; fuga: trepidæq; feruntur.  
 Et uelut ignitum testudo euerfa calorem  
 Cum sensit luctata diu: pedibusq; renitens  
 Caudam agitantq; caput magna uicedere tentat  
 Aestuât: & multa insidians conamina miscet,  
 Haud aliter miseri per tanta pericula ciues  
 Iactabant sese: & turbata mente ferebant,  
 Ante omnes senio confectus ad æthera uoces  
 Fundebat querulas daunus: superosq; uocabat:  
 Tum uero e medijs uisa est consurgere flammis  
 Percussisq; ales uolitare per aera pennis  
 Indicium nomenq; urbis uersæ ardea seruans  
 Et cui sublimes stabant in moenibus arces  
 Mutata effusis nunc circumlabitur alis,  
 Attoniti nouitare omnes: monitisq; deorum  
 Haud paruis cõfusi humeros atq; hora tenebant  
 Ad daunus patriæ ardenti concussus amore  
 Euerfæ: duos gemitus sub corde premebat.  
 Hæc inter magno uolitans prænuincia motu  
 Fama ruit: latiq; animos clamoribus implet  
 Aduentare nouum multo cum milite funus:  
 Et turnum exanimem: & lætali uulnere uictum  
 Mox turbati omnes nigras duxere frequentes  
 Incensas ex more faces ardentibus agri  
 Collucent flâmis: dehinc se uenientibus addunt  
 Quos postq; toto uidere ex agmine matres  
 Percussis uocem palmis ad sidera tollunt,  
 At daunus cari ut patuerunt funera nati  
 Substitit: & demum ingenti correpta dolore  
 Ora mouens medium sese furibundus in agmē  
 Proripuit: turnumq; super prostratus & hærens  
 Quum primum fari potuit: sic edidit ore  
 Nate patris dolor: & fesse miseranda senectæ,  
 Rapta quies: quo me tantis iactare periculis  
 Duxisti: & sæuis tandem deuictæ sub armis,  
 Quo tua me præstans animi constantia uexit:  
 Hic clare uirtutis honos: & gloria sceptri:  
 Hoc magni decus imperii: tales ne triumphos  
 Nate refers: hæc illa quies promissa parenti  
 Afflicto totiens hæc meta optata laborum,  
 Heu miserum quam præcipites labentia casus,  
 Sæcla agitant quanto uoluuntur fata tumultu:  
 Qui iam sublimes referebas clarus honores:  
 Et magnus toto in latio: quem troes in armis  
 Horrendum: & trepidi totiens sensere furētem  
 Nūc mi turne iaces miserandū: & flebile corpus  
 Iam mutū ē sine uoce caput: quo pulchrior alter

Non fuit tota ausonia: nec genitor ullus  
 Eloquio: nec quis positus ingentior armis  
 Nate ubi forma nitens niueaq; in fronte serenus  
 Ille decor: dulcisq; oculorum aspectus & altæ  
 Sydereus ceruicis honos: his gloria martis  
 Contigit auspiciis: tali reditura paratu  
 Discedens uoluisti auidis te credere bellis,  
 Heu mortem inuisam quæ sola ultricibus armis  
 Elatos frenas animos communia toti  
 Genti sceptrâ tenens æternaq; fœdera seruans:  
 Quæ magnos paruosq; teris quæ fortibus æquas  
 Imbelles populisq; duces: seniumq; iuente  
 Heu mortem obscuram quæ causa idigna coegit  
 Eripere atq; meum crudeli uulnere natum  
 Afficere: o felix tam grato cædis amata  
 Successu lætare tuæ quæ tanta dolorum  
 Fugisti monumenta grauisq; immania casus  
 Pondera quid misero genitori plura paratis  
 O superi: natum rapuistis: & ardea flammis  
 Cõsumpta in cinerē uersa est: nunc æthera pennis  
 Verberat: hæc me turne tua plus cæde cruento,  
 Deerat adhuc fors ista patris suprema senectæ,  
 At uero tali se res cum fœdere uersant  
 Ut quem infesta furens miserum fortuna moraf  
 Illum omni petat infrendens: & turbine cogat:  
 Dixerat: & multa illachrymans largo ora rigabat  
 Hymbre trahēs duos gemitus rabidosq; dolores  
 Qualis: ubi incubuit ualidus louis unguibus ales  
 Et paruum effuso diuulsit sanguine fœrum  
 Cerua uidens: miseri turbatur funere nati  
 Postera lux latum splendore impleuerat orbem  
 Tunc pater infractos fatali matre latinus  
 Defecisse uidens italos: totamq; potenti  
 Cedere fortunam æneæ belliq; tumultum  
 Ingentisq; animo curas & fœdera uoluens  
 Connubii promissa suæ nataq; hymenæos  
 Præstantes uocat electos ex agmine toto  
 Mille uiros: qui dardanium cõmittentur ad urbē  
 Spectatum uirtute ducem: iungitq; togatos  
 Multa oratores memorans: & euntibus ultro  
 Imperat ut (quando auspiciis: monitisq; deorum  
 Troianam misere italo cum sanguine gentem  
 Expediat) placido intersint animosq; reuisant:  
 Aeneadasq; uehant alta inter mœnia læti,  
 Interea ipse urbem labefactum & uulguis inermē  
 Componit: solidatq; animos requiemq; futuram  
 Sponder: & æternam uentura in sæcula pacem  
 Inde iubet meritos turba plaudente triumphos  
 Sublimesq; domus fieri regalis honores  
 Atq; alacris monet unanimes ut fronte serena:  
 Occurrant genero uenienti: & pectore toto  
 Excipiant gentem iliacam: magnisq; receptent  
 Plausibus: optateq; effundant pacis amores,  
 Iamq; instructa cohors teucrorum castra subibat  
 Cinctâ comas ramis oleæ: pacemq; rogabat:  
 Quam bonus æneas ad se intra regia duci  
 Tecta iubet: causamq; uia placido ore requirit  
 Tunc senior sic incipiens ardentia drances  
 Verba mouet nimium erepti pro funere turni  
 Exultans: o troianæ dux inelyte gentis  
 Gloria spesq; phrygū: quo nec pietate: nec armis  
 Maior in orbe fuit: uicti obtestamur: & omnes  
 Iuramus deosq; deasq; inuitus in unum



Conflatum uidit latium: & temerata latinus  
Fœdera nec phrygios unq̄ turbauit honores  
Quin nate (quando superum sic uota ferebant)  
Connubia: & generum magno te optabat amore  
Sed quicquid tanto armorū flagrante tumultu  
Tantorū furtisq; operum: atq; laboribus actū est:  
Id rapidus turni: & stimulis incensus iniquis  
Confectusq; odiis furor attulit ille negantes  
Inuitasq; dedit latias in prælia gentes  
Illum omnis conuersa cohors poscebat in armis  
Cederet: & magnum sineret succedere pactis  
Connubiis anchisiadē inde optimus ambas  
Iungebat palmas defessa ætate latinus  
Infra: tus: nimioq; ardentem Marte roga bat:  
Nec nostræ potuerat præces inflectere durum:  
Nec diuum portenta animum: quin acrius ignē  
Spumabat ferus ore uomens: bellumq; ciebat,  
At uero indignum inuenit pro talibus ausis  
Exitium qui te tandem uictore momordit  
Nigrantem prostratus humū: nunc improbus ædes  
Tartareas uisurus eat quæratq; sub imo  
Nunc alias acheronte acies: aliosq; hymenæos,  
Tu melior succede bonis laurentibus hæres,  
In te omnisq; domus: & fessi inclinata latini  
Spes iacet: unum omnes itali sup aurea mittunt  
Sydera: & ingentem bello & cœlestibus armis  
Extollunt: & uera canunt præconia uoces,  
Te grauium ueneranda patrū consultaq; turba  
Inualidig; ætate senes: te læta iuuentus:  
Et cupida matres: pueri: innuptæq; puellæ,  
Vnanimes æquo ore uolunt: turniq; sub armis  
Exultant cecidisse tuis: te tota precatur  
Aufonia & claris præstantem laudibus effert:  
In te unum conuersi oculi: pater ipse latinus  
Iam senior sola hæc longeuæ munera uitæ  
Qui gnatam tibi iungat habet generiq; nepotes  
Troianos italo admixtos in sæcula mittat,  
Ergo age magne ueni teucrorum ductor: & altos  
Ingredere: & celebres cape quos sp̄dem⁹ honores  
Finiterat: cunctiq; eadem simul ore fremebant,  
Quos pius æneas hylari cum fronte receptos  
Prosequitur paucis: & amico pectore fatur,  
Nec uos: nec placida solitum sub pace latinum  
Arguerim: uerum infesti uiolentia turni  
Tātū opus: haud dubito: & tātū discrimina martis  
Conciuit: iuuenilis enim plus laudis amore,  
Quicquid idest tamen aufonii nil pacta recuso  
Connubia: & sanctam æterno cum fœdere pacem  
Iungere: rex idem imperium: & ueneranda tenebit  
Sceptra focer: statuemq; mei mihi mœnia teucri  
Et nomen natæ urbis erit: sociosque penates,  
Adiiciam uos: communes in sæcula leges:  
Concordesq; ingenti animo mitetis amores:  
Interea quod restat adhuc imponite flammis:  
Corpora: quæ duri miseranda infania belli  
Arripuit: dehinc nos cū primum crastina surget  
Clara dies: læti laurentia tecta petemus,  
Dixerat: & tanto affatu conuersa tenebant,  
Ora simul: stupefacti omnes: & apertius ingens  
Mirantes pietatis opus: mox robore toto  
Congestas rapuere pyras: ignemque repostis,  
Ciuiibus immiscere: altumque sub æthera fumus  
Euolat: atque atris cœlum sublimē tenebris

Conditur innumeras ex omni rure bidentes  
Glandilegosq; fues iugulant pinguesq; iuencos  
Immittuntque rogis latos incendia campos,  
Enudant: fremit impulsus clamoribus aer,  
Iamq; sequens clarū extulerat lux aurea phœbū  
Tunc teucri aufoniiq; omnes mixto agmine læti  
Confedere in eqs: & gressum ad tecta mouebant  
Laurentia: atque altis erectam mœnibus urbem:  
Ante omnes pius æneas: post ordine drances  
Multa duci senior memoras: dehinc unica proles  
Ascanius: multumque animi maturus aethes:  
Et grauis ilioneus mnesteusq; acerq; serestus  
Sergestus fortisque gyas: fortisque cloanthus,  
Post alii mixtimque itali teucricq; sequuntur  
Interea effusi stabant per mœnta ciues:  
Sublimisq; alta statuebant laude triumphos  
Troianam cupido expectantes pectore turbam,  
Et iam aduentabant quos læta fronte latinus  
Occurrens magna excepit comitante caterua,  
At postq̄ medio uenientem ex agmine uidit  
Dardaniam æneam haud uera illufit imago,  
Namq; omnes super excellens atq; altior ibat,  
Et late regalem oculis spargebat honorem  
Sydereis: tunc cum primum data copia fandi est  
Et uoces capere atq; optatas iungere dextras  
Incipit: & prior affatur placido ore latinus:  
Venisti tandem: cupidum nec fixa fefellit  
Spes animum lux troianæ clarissima gentis:  
Magnorum quem iussa deum tot castibus actum  
Italia & nostris uoluerunt sistere tectis:  
Quanḡ humana furens nimis ausa licētia sanctas  
Turbarit leges: & diuum exciuerit iras,  
Quin etiam inuictum totiens meq; arma negatē  
Tradiderit duri perferre pericula martis  
Factum etenim: sed nec paruo stat numina iustas  
Indignata animis: miserē ultritia pœnas  
Nunc age magne phrygū ductor: quādo oīs origo  
Sedittonis abest: & tanti criminis auctor,  
Connubiis secede: & promissis hymenæis,  
Sunt mihi regna: iacent ereptis oppida muris  
Sola autem fessæ spes unica nata senectæ  
Te generū: & natum tempus cōplector in omni  
Quē cōtra bonus æneas rex maxime nullam  
In te horum causam armorū tantiq; tumultus  
Crediderim: placidæ assueto sub tempore pacis  
Et si qua est: pone hanc curā pater optime queso  
Nunc adsum: & patrē & focerū te letus in omnis  
Accipio casus: magni mihi surgit imago  
Anchisæ: & rursus ardebo genitoris amore,  
Talibus orabant inter se: & tecta subibant  
Regia cum studio effusæ matresq; nurusque  
Longeuiq; patres stabant iuuenumque cohortes  
Pulchra reuiscētes troianæ corpora gentis  
Ante omnes magnum æneam: cupidoq; notabāt  
Altū animo genus: & præstantē frontis honorem  
Quæsitamque alacres pacemq; optata quietis:  
Munera laudabant: ceu quando longus & ingens  
Agricolas tenuit resolutis nubibus humber  
Suspensos currumq; diu requieuit aratrum,  
Tunc si clarus equos spaciofo limine titan  
Lasset: & aurato cœlum splendore serenet  
Lætitia exundant: & sese hortantur agrestes,  
Nos secus aufonii tam læto in tempore rerum



Composuere animos & iam rex alta latinus  
 Atria regalesque aditus intrarat: & una  
 Optimus aeneas: sequitur quem pulcher iulus:  
 Dehinc itali mixtiq; phryges: tum splendida lato  
 Applausu: & magno completur regia coetu,  
 Hæc inter matrum innumera nurumq; caterua  
 In medium comitata uenit lauinia uirgo:  
 Sydereos deiecta oculos quam troius heros  
 Virtute & forma ingentem mirabile dictu  
 Ut uidit primo aspectu stupefactus inhæsit:  
 Et secum turni casus miseratus acerbos  
 Qui haud parua spe ductus ouans in prælia tatos  
 Ciuisset motus: durisq; arfisset in armis  
 Tum uero æterno iunguntur foedera nexu  
 Connubii: multaq; canunt cum laude hymenæos  
 Dehinc plausus fremitusq; altus super aera mittit:  
 Et lætam uocem per regia tecta uolutant,  
 At fidum interea aeneas affatur achaten,  
 Vadat: & andromachæ quondã data mûera uestes  
 Intextas auro ferat: & quod sæpe solebat  
 Dum res troianæ stabant circumdare collo  
 Auratum gemmis circumseptumq; monile,  
 Præterea magnum cratera in pignus amoris  
 Quem priamus patri anchisæ donauerat olim  
 Nec mora iussa sequens pulcherrima portat achates  
 Munera: tum focer ingentem cratera latinus:  
 Donatum capit: ac coniunx lauinia uestes  
 Atq; monile decens placido dehinc pectore sese  
 Demulcent: uariisq; trahunt sermonibus horas,  
 Et iam tarda epulas fugientis tempora lucis  
 Poscebant: mox regali conuiuia luxu  
 Effundunt latoq; alta intra tecta paratus,  
 Conuenere omnes strato discumbere in ostro  
 Delitiis iussi: & dapibus se inferre futuris,  
 Dat manibus chrystalus aquas: mensisq; reponit  
 Flauentem cererem: tum læta fronte ministri  
 Innumeri magno distinguunt ordine curas  
 Pars dapibus reficit mensas: pars pocula miscet:  
 Craterasq; replet: nunc ac nunc uoluitur illac  
 Turba frequens uarios miscensq; per atria motus  
 At puerum pater immotis spectabat iulum  
 Luminibus: uultum admirans moreq; latinus:  
 Et grauius puerili ex ore cadentia uerba:  
 Maturumq; aium ante annos: & multa rogabat  
 Permixtas referens uoces dehinc oscula figens  
 Dulcia complexum manibus: iunctumq; fouebat  
 Et nimium exultans foelicem & munere diuum  
 Donatum aeneam pro tali prole ferebat,  
 Postq; epulis compressa fames: traducere longam  
 Incipiunt fando: & labentem fallere noctem:  
 Nunc duos troiæ casus gentesq; pelagas:  
 Nunc fera laurentis memorantes prælia pugna:  
 Quo primum diffusæ acies: quo tela uicissim  
 Pulsa loco qui primus ouans inuasit agmen  
 Fulmineumq; ardens in equo madefecerit enseni  
 Præcipuæ tros aeneas seniorq; latinus:  
 Magnorum heroum latiiq; antiqua potentis  
 Gesta recensabant fugientemq; horrida gnati  
 Arma sui saturnum italis latuisse sub oris,  
 Hinc latium dixisse: genusq; in montibus altis  
 Composuisse uagum legesq; & iura dedisse  
 Et bacchi: & frugum cultus: dehinc tecta secutum  
 Esse paterna louem: utq; electra atlantide certus

Iasio idæas caelo phrygiæ isset ad urbes  
 Dardanus ex chorito multa cum gente profectus  
 Utq; insignem aquilam dono: & loue præ superbus  
 Hectoreæ gentis signum: illustresq; tulisset:  
 Primus auum titulos troianæ stirpis origo  
 Talibus atq; aliis inter se longa trahebant  
 Tempora: tum fremitus lætæq; per atria uoces  
 Alta uolant: strepitu ingenti tectum omne replet  
 Dant lucem flammæ: & lato splendore coruscant  
 Consurgunt phryges & cythara resonante sequunt  
 Aufonii: & plausum igeminant seq; agmine toto  
 Permiscunt: uariantq; pedes: raptimq; feruntur  
 Et iam festa nouem largo connubia luxu  
 Attigerant celebrata dies: tum maximus heros  
 Aeneas urbem curuo signabat aratro:  
 Fundabatq; domos: & amictas aggere fossas  
 Ecce aut fatu haud paruam diffundere flammam  
 Ingentem: & fulgore leuem: & se nubibus altis  
 Miscentem summo lauinia uertice uisa est,  
 Obstupuit pater aeneas duplicesq; tetendit  
 Ad cœlum cum uoce manus: si iuppiter unquam  
 Gens monitis troiana tuis: terraq; marisq;  
 Paruit imperiisq; libens: si numina uestras  
 Si merui coluiq; aras: per siquid agendum est,  
 Quod restat: placidam foelici afferte quietem  
 Augurio: & firmate: malisq; imponite finem,  
 Talia iactantem circumstitit aurea mater  
 Si uenerem confessa almo & sic edidit ore,  
 Gnate animo pone hanc curam: & meliore capeffe  
 Signa deum gaudensq; bonis succede futuris,  
 Nunc tibi parta quies: nunc meta: extrema malorum  
 Nunc tandem optatam componunt sæcula pacem,  
 Nec flammam ad cœlos perlatam e uertice caræ  
 Coniugis horrefce: at constantem dirige mentem,  
 Namq; erit illa tuum celebri quæ sanguine nomē  
 Troianosq; auctura duces ad sydera mittat,  
 Hæc tibi magnanimos sublimi prole nepotes  
 Conferret: egregiis totum qui laudibus orbem  
 Complebunt totumq; sua uirtute potentes  
 Sub iuga uictoresq; trahent: quos gloria summo  
 Oceanum transgressa ingens æquabit olympo:  
 Quos tandem innumera ardens post illustra regæ  
 Gesta deos factura uehit super æthera uirtus:  
 Hanc flammam uentura tuæ præconia gentis  
 Designant: hoc omnipotens e fulmine signum  
 Sydereo dedit at tantarum in munera laudem  
 Quam statuis dicas a nomine coniugis urbem:  
 Præterea sacros troia exardente penates  
 Ereptos compone noua intra mœnia: & altos  
 Infer ad æternum mansuros tempus honores:  
 Hi (tibi mira feram) tanto urbis amore trahent,  
 Ut uecti ad sedes alias loca prima latini  
 Sponte sua repetent: iterum: iterumq; reuersi,  
 O foelix quem tanta manent: dehinc pace tenebis,  
 Sub placida gentem iliacam: post festus: & æuo,  
 Confectus tandem elyias focer ibit ad umbras  
 Succedes scæptro: atq; italis dominabere leges  
 Communes teucrisq; ferens, tum lætus ad altum  
 Te mittes cœlum: sic stat sententia diuum:  
 Dixit: & inde leues fugiens se uexit ad auras,  
 Aeneas tanto stupefactam nomine mentem,  
 Percussus: diuæ peragit mandata parentis,  
 Et iam compositos foelici in pace regebat



Dardanidas: & iam decedens scæptra latinus  
Liquerat: & pius æneas successerat omnem  
Ausoniam: lataq; potens dititione tenebat,  
Iam paribus phryges: atq; itali se moribus ultro  
Et socia ingenti firmabant pectora amore  
Concordiq; æquas miscebant fœdere leges,  
Tum medio uenus exultans se immisit olympto  
Ante Iouem: & complexa pedes sic ore locuta est  
Omnipotens genitor qui solus ab æthere summo  
Cuncta moues: qui rex hominum curasq; receses  
Dum teucros traheret fortuna inimica recordor  
Spondebas finem erumnis: rebusq; salutem,  
Nec tua me promissa pater sententia fallit,  
Namq; omnes gaudere sacra tris pace per annos  
Viderunt italæ nullo discrimine partes:  
Verum ad syderei missurum culmina cœli  
Pollicitus magnum æneam: meritumq; ferebas  
Illaturum astris: quid nunc sub pectore uersas?  
Iamq; optat matura pollos æneia uirtus,  
Olli hoium sator atq; deum dedit oscula ab alto  
Pectora uerba ferens: quæ tum cytherea potentem  
Æneam æneadasq; omnes infessus amaui:  
Et terra: & pelago: & per tanta pericula uectos  
Nostri: & sæpe equidem indolui cōmotus amore  
Gnata tuo: tandemq; malis Iunone secunda  
Imposui finem: nunc stat sententia menti:  
Qua ductorem alto phrygium succedere cœlo  
Institui: & firma est: numeroq; inferre deorum  
Constat: & id concedo libens: tu si quid in ipso  
Mortale est adime: atq; astris ingentibus adde:  
Quin si alios sua habet uirtus: qui laude perenni  
Accingant sese gestis præstantibus orbem  
Exhorrent: illos rursus super æthera mittam,  
Assensere omnes: superi: nec regia Iuno  
Abnuat: at magnum æneam suadebat ad altum  
Efferri cœlum: & uoces addebat amicas,  
Tum uenus aerias descendit lapsa per auras,  
Laurentumq; petit uicina numicius undis  
Fulmineis ubi currit in æquora harundine tectus  
Tunc corpus gnati abluere: & deferre sub undas  
Quicquid erat mortale iubet dehinc læta recentē  
Fœlicemq; animam secum super aera duxit  
Immisitq; æneam astris: quem iulia proles  
Indigetem appellat: templisq; imponit honores,

¶ Alcini uersus,

De numero uatum si quis se ponat homerum  
Proximus a primo: tum maro primus erit,  
Et si post primum maro se ponatur homerum:  
Longe erit a primo quisquis secundus erit,  
¶ Corneli galli uersus,  
Temporibus lætis tristamur maxime cæsar  
Hoc uno amisso quem gemo uirgilium  
Sed uertit relegi: si tu patiere libellos  
In quibus æneam condidit ore sacro,  
Roma rogat: precibusq; & eni tibi supplicat orbis,  
Ne pereant flammis tot monumenta ducum  
Atq; iterum troiam: & sed maior flamma cremabit  
Fac laudes italum: fac tua facta legi,  
Æneamq; suam fac maior nuncius ornet,  
Plus satis possunt cæsar's ora dei,

¶ P. V. Maronis hortulus,

Adeste musæ maximi proles Iouis  
Laudem feracis prædicemus hortuli,

Hortus salubres præbet corpori cibos:  
Variosq; cultus sæpe cultori refert,  
Hulus suauis: multiplex herbarum genus  
Vnas nitentes: atq; fœtus arborum,  
Non desit hortis & uoluptas maxima:  
Multisq; commixta modis iucunditas:  
Atq; strepentis uitreus ambit liquor,  
Sulcoque ductus irrigat riuus sata  
Flores nitescunt discolorum gramine  
Pinguntq; terras gemmeis honoribus,  
Apes susurro murmurant gratæ leui:  
Cum summa florum uel nouos rores legunt,  
Fœcunda uitis coniuges ulmo grauat  
Textas: ut inumbrat pampinus harundines  
Opaca præbent arbores umbracula:  
Prohibentq; densis feruidum solem comis,  
Aues canoros garulæ fundunt sonos,  
Et semper aures cantibus mulcent suis,  
Oblectat hortus: auocat: pascit: tenet:  
Animosq; mœsto demit languores graues,  
Membris uigorem reddit: & uisus capit,  
Refert labori plenior gratiam,  
Tribuit colenti multiforme gaudium

¶ De Vino & Venere,

Nec ueneris: nec tu uini capieris amore:  
Vno namq; modo uina uenusq; nocent,  
Ut uenus eneruat uires: sic copia uini  
Et tentat gressus: debilitatq; pedes,  
Multos cæcus amor cogit secreta fateri  
Archanum demens detegit ebrietas,  
Bellum sæpe petit ferus exitiale cupido  
Sæpe manus itidem bacchus ad arma uocat,  
Perdidit horrendo troiam uenus improba bello  
Et lapithas bello perdis iacche graui  
Deniq; cum mentes hominum furiarit uterque  
Et pudor & probitas & metus omnis abest  
Compedibus uenerem: uinclis constringe lyæum,  
Nec te muneribus lædat uterq; suis  
Vina sitim sedant natis uenus alma creandis  
Seruit: finem horum transiluisse nocet,

¶ De Liuore,

Liutor tabificum malis uenenum  
Intactis uorat ossibus medullas,  
Et totum bibit artibus cruorem,  
Quod quisquis furit inuidetq; forti,  
Ut debet sibi pœnas semper ipse est,  
Testatur in gemitu graues dolores:  
Suspirat gemit: incutitq; dentes:  
Sudatq; frigidus: intuens quod odit:  
Effundit mala lingua utrus atrum  
Pallor terribilis genas colorat:  
Infœlix macies renudat ossa  
Non lux, non cibus est suauis illi,  
Non potus iuuat: aut t' sapor lyæi:  
Nec si pocula iuppiter propinet,  
Atq; hæc porrigat: & ministret hebe  
Aut tradat ganymedes ipse nectar,  
Non somnum capit: aut quiescit unquam  
Torquet uiscera carnifex cruentus  
Vesanos tacitus mouet furores,  
Intentas animo faces erinis,  
Et talis titii quæ uultur intus  
Qui semper lacerat comesti mentem



Viuu pectore sub dolente uulnus.

Quod chironia nec manus leuaret:

Nec phœbus: soboles ue clara phœbi.

¶ De cantu syrenarum.

Syrenes uarios cantus acheloia proles:

Et solis: miseros ore ciere modos

Illarum uoces: illarum musa mouebat:

Omnia quæ thimæle carmina dulcis habe

Quod tuba: quod lytu: qd' cornua rauca fuerit

Quodq; foraminibus tibia mille sonat.

Quodq; leues calami qd' suauis cantat & ædo:

Quod lyra: quod cythara: qd' moribūdus olor

Illectos nautas dulci modulamine uocis:

Mergebant auidæ fluctibus ionis

Sanguine sisiphio generatus uectus ulyxes.

Et tutos solida præstitit arte suos.

In leui cæra sociorum callidus aures.

Atq; suas undis præbuit ipse manus.

Transiuit scopulos & inhospita littora classis.

Illi præcipites dissiluerè freto.

Sic blandas uocis notas: ac carmina uicit.

Sic tandem exitio monstra canora dedit.

¶ Eiusdem de die festo.

Clarus inoffenso radiabat lumine titan:

Lectificusq; dies erat omnibus æthere puro.

Vosq; simul iuuenes animis & uoce fauentes

Concelebrate diem uoris foelicibus alium:

Prosper ut is semper redeat natiq; quot annis

Asmenide referant alacres sua mantua uati.

¶ De fortuna.

Fortuna omnipotens: insipientibus

Tantum furis atrox quæ tibi uendicas

Euertens quæ bonos eligis improbos

Nec seruare potes muneribus fidem.

Fortuna immeritos auget honoribus.

Fortuna innocuos cladibus afficit

Iustos illa uiros paupertie grauatur.

Indignos eadem diuitiis beat

Hæc aufert iuuenes: & retinet senes

Iniuusto arbitrio tempora diuidens.

Quod dignis admittit transit ad impios

Nec discrimen habet: rectaq; iudicat:

Inconstans fragilis perfida lubrica.

Nec quos clarificat perpetuo fouet

Nec quos deseruit perpetuo premit.

¶ De Orpheo.

Treicius quondam uates

Fide creditur canora

Mouisse sensus trium fratrum

Atq; omnes tenuisse uagos:

Et surda cantu concitasse saxa

Suaui sono testudinis

Arbores secutæ umbram ferunt prebuisse uati:

Sed placidis hominum dictis

Fera corda mitigauit:

Doctaq; uitam uoce temperauit:

Iusticiam docuit: coetu quoq; congregauit uno

Moreq; agrestes expoliuit orpheus.

¶ De seipso.

Mellisuum quisquis romanū nescit homerum

Me legat: & lecto credat utrunq; sibi.

Illius immensos miratur græcia campos:

At minor est nobis: sed bene cultus ager.

Non miles pastor curuus non deficit arator

Hæc grais constant: singula trina mihi

¶ De ætatibus animalium.

Per binos deciesq; nouem superexit in annos

Iusta senescentem quos implet uita uirorum.

Hos nouies superat uiuendo garrula cornix:

Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus:

Alipedem ceruum ter uincit coruus & illum

Multiplicat nouies phœnix reparabiles: ales:

Quam nos perpetuo decies peruer timur æuo:

Nymphæ amadriades: quax longissima uita est

Hæc cohibet finis uiuacia fata animantum:

Cætera secreti nouit deus arbiter æui.

¶ De ludo.

Sperne lucrum: uersat mentes uesana libido

Fraude carere graues: ignari credite doctis:

Lausuri nummas: animos quoq; ponere debent

Iraisci memini uictos placet optime frater.

Ludant secure quibus est æs semper in archa

Si quis habet nummos ueniens exhibit inanis

Lusori cupido semper grauis exitus instat.

Sancta probis pax est: irasci desine uictus.

Nullus ubiq; potest foelici ludere dextra.

Intio furiis ego sum tribus addita quarta.

Pleste truces animos: ut uere ludere possis.

Ponas maturæ bellum precor iraq; cesset.

¶ Monastica de erumnis Herculis.

Prima cleonei tolerata erumna leonis:

Proxima lerneam ferro: & face cõtudit hydram

Mox herymantheum uis tertia perculit aprum.

Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.

Stymphalidas pepulit uolucreis discrimine quinto

Treiciam sexto spoliavit amazona baltheo.

Septima in argeis stabulis impensa laboris.

Octauo expulso numeratur adorea tauro.

In diomedeis uictoria nona quadrigis.

Gerione extincto decimã dat hyberia palmam

Vndecimũ mala hesperidũ distracta triũphum

Cerberus extremi suprema est meta laboris.

¶ Argumenta, xii. libro: æneidos.

Aeolus immittit uentos lunone præcante:

Troianosq; uagos libycas expellit in oras.

Solaturq; uenerem dictis pater ipse dolentem

Aeneam recipit pulchra carthagine dido:

Cui uenus ascanii sub imagine mittit amorem.

¶ Secundi.

Cogitur æneas bellorum exponere causas:

Graiorumq; dolos: & equũ fraudemq; sinonis.

Excisamq; urbem: priamq; miserrima fata:

Vtq; patrem impositum forti ceruice per ignes

Extulerit claramq; amiserit ipse creusam.

¶ Tertii.

Post casum troiæ fabricata classe superstes:

Vela dat æneas: urbemq; in littore thraces

Mox aliam pulsus creteis condidit horis.

Cedit & hinc: helenũq; uidet: præceptaq; sumit:

Aethnæum cyclopa fugit sepelitq; parentem.

¶ Quarti.

Ardet amore graui dido: soror anna suadet

Nubere iunguntur nimbo cogente sub antro.

Incusat precibus patrem contemptus hiarbas:

Nauigat æneas iustu louis: illa dolore

Impaciens: & amore necem sibi protinus infert.



¶ Quinti.

In siculas iterum terras fortuna reducit  
Aeneam tumuloq; patris perfoluit honorem,  
Tum cogit naues incendere troadas iris,  
Troes ibi linquunt socios uenus anxia placat  
Neptunum: somnus palynuge mergit in undas.

¶ Sexti.

Sacratam phœbo cumatum fertur in urbem  
Rex phrygius: uatisq; petit responsa sybillæ,  
Misenum sepelit post hæc adit infera regna  
Congressusq; patri discit genus omne suorum  
Quoq; modo casus ualeat superare futuros.

¶ Septimi.

Tandem deueniunt laurentia troes in arua,  
Et pace accepta læti noua moenia condunt,  
Nocte fatam iuno furiam uocat illa latinos  
Inter: & aeneidas: bellum ferit: & ciet arma,  
Protinus auxiliis terra instruit itala turmas.

¶ Octaui.

Vidit ut aeneas summa ui bella parari:  
Arcadas euadrumq; senem sibi foedere iungit:  
Dardaniq; duci sociatur hetruria tota,  
Arma petit genitrix: dat mulciber: in clipeoq;  
Res pingit latias: & fortia fata nepotum.

¶ Noni.

Ad turnum propere iunoni mittitur iris:  
Infestatq; animos: aciem mouet ille phrygasq;  
Obsidet inde igni euerfa est aenea classis,  
Euryalus: nifusq; ruunt: nece proelia noctis,  
Vi turnus potitur castris: impelitur inde.

¶ Decimi.

Placat & uxorem dictis & iurgia natae  
Iuppiter auxiliis instructus troius heros:  
Aduenit: occurrunt populi: atq; i littore pugnat  
Occidit: a turno palas: uictorq; superbus  
Aeneæ eripitur: mezentius interit acer.

¶ Undecimi.

Occis proprium pars utraq; reddit honorem  
Supplicibus calydone satus negat arma latinis,  
Cum turno alterno iurgat certamine drances  
Aeneas equitem præmittit & obuia uirgo  
Excipit: extincta rutuli dant terga camilla.

¶ Duodecimi.

Troianis rutulifq; placet coniungere foedus.  
Id rutuli rumpunt: nato uenus alma medetur  
Dictamo: rutulifq; ruunt periuria uicti.  
Cogitur aeneæ dauni concurrere proles  
Palantea necem misero dant cingula turno.

¶ P. V. Maronis de musarum inuentis.

Clio gesta canens transactis tempora redit,  
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu,  
Comica lasiuo gaudet sermone thalia,  
Dulciloquis calamos euterpe flatibus urget  
Terpsicore affectus citharis mouet iparat auget  
Plectra gerês eratho saltat pede: carmine uultu  
Carmina calliope libris heroica mandat,  
Vrania poli motus scrutatur & astra  
Signat cuncta manu: loqiturq; polyminia gestu  
Mentis apollineæ uis has mouet undiq; musas  
In medio residens cõplectitur omnia phœbus,  
Clio historias inuenit: melpomene tragædias  
Thalia comœdias: euterpe tibias: terpsicore  
Psalterium: eratho geomethriã: calliope litteras

Vrania astrologiam: polymnia rhetoricam,

¶ Epitaphia uirorum illustrium.

¶ Palladius.

Conditus hic ego sum: cuius modo rustica musa  
Per syluas: per rus uenit ad arma uirum.

¶ Asclepiades.

Tityron ac segetes cecini maro: & arma uirumq;  
Mantua me genuit: parthenope sepelit.

¶ Eusebius.

Virgilius iacet hic: qui pascua uersibus edit,  
Et ruris cultus & phrygis arma uiri.

¶ Pompelianus.

Qui pecudes: qui rura canit: qui proelia uates,  
In calabris moriens hac requiescit humo.

¶ Maximianus.

Carminibus: pecudes: & rus: & bella canendo:  
Nomen inextinctum uirgilius meruit.

¶ Vitalis.

Mantua mi patria est: nomē maro: carmina siluæ  
Ruræ: cum bellis: parthenope tumulus.

¶ Basilis.

Qui siluas: & agros: qui proelia uersibus ornat  
Mole sub ac situs est ecce pœta maro.

¶ Asmodianus.

Pastores: uates ego sum: cui rura ducesq;  
Carmina: sunt hic me pressit acerba quies.

¶ Vouianus.

A siluis ad agros: ab agris ad proelia uenit,  
Musa maronis adest nobilis ingenio.

¶ Eugenius.

Bucolica expressit: & ruris præcepta collendi,  
Mox cecini pugnas: mortuus hic habito.

¶ Iulianus.

Hic data uirgilio requies: qui carmine dulci  
Et pana segetes: & fera bella canit.

¶ Hilasius.

Pastores cecini: docui qui cultus in agris:  
Proelia descripsi: contegor hoc tumulo.

¶ Aliud.

Subduxit morti uiuax pictura maronem:  
Et quem parca tulit: redit imago uirum.

¶ Aliud.

Lucis damna nihil tanto nocuere poetæ  
Quem præsentant honos carminis: & plutei.

¶ Virgilius.

Mantua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc  
Parthenope: cecini pascua rura duces,  
Tristia fata tui dum fles in daphnide flacci  
Docte maro fratrem diis immortalibus æquas,  
Pastor arator æques: pau colui superau:  
Capras rus hostes fronde ligone manu,  
Iuppiter in cœlis: cæsar regit omnia terris,  
Tarpeo quondam consedit culmine cornix:  
Est bene non potuit dicere dixit erit  
Litterarem gestam loquitur: res ipse medullam  
Verbi quam uiuax mens uidet: intus habet,  
Sus luuenis serpens casu uenere sub imo  
Sus iacet extinctus: serpens pede: ille ueneno  
Anguis aper luuenis pereunt in uulnere morsu  
Hic fremit: ille gemit: sibilat hic moriens,  
Sus serpens luuenis pariter patiēre uicissim,  
Dente perit luuenis serpens: pede portus ab ictu



## CP.V. Maronis: de speculo



Edditur effigies: liquidaque tuentis  
in unda.

Qualis in aduerso speculorum cer-  
nitur orbe.

Formam pura refert oculis spectantibus unda:  
Quales obiecti speculi fulgore uidentur.  
Fontis aquæ referunt simulachra imitantia uege.  
Qualia leue refert speculi cum cernimus æquor  
Exprimit oppositas in mollibus unda figuras:  
Leuati quales speculi nitor ipse remittit.  
Apparet mendax in limi fronte figura:  
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.  
Unda quieta refert alto de gurgite formas:  
Ac ueluti speculum nitido splendore coruscans.  
Spectantis faciem mundissimus assimulat fons:  
Sicut in opposito speculi solet æquore cerni.  
Forma repercussus liquidarum fingit aquarū.  
Qualis purificio speculorum ex orbe reducit.  
Fontibus in liquidis: simplex generatur imago.  
Ut solet e speculo facies resplendente referri.  
Effigies liquido respondet ab æquore fontis.  
Qualis & a speculo simulatrix unda resultat.  
Effingit species purissimus ardor aquarum  
Palma uelut speculi uiuas imitantia formas.  
Fonte repulsatur depicta tuentis imago:  
Ceu seui in speculo solet apparere figura.

## C Mira Virgilii uersus experientia.

Qua ratis egit iter iuncto boue plaustra trahunt.  
Postq̄ tristis hyems frigora iunxit aquas.  
Sustinet unda rotā patulæ modo peruia puppi:  
Ut concreta gelu marmoris instar habet.  
Quas mō plaustra pmunt undas: ratis an̄ secabat  
Postq̄ brumali diriguere gelu.  
Unda rotam patitur: celerem nunc passa carinā:  
In glaciem solidam uersus ut amnis abit.  
Quæ solita ē ferre unda rates: fit peruia plaustris  
Ut stetit in glaciem marmore uersa nouo  
Semitā fit plaustro: qua puppis aduēcta cucurrit  
Postq̄ frigoribus bruma coegit aquas.  
Orbita signat iter: modo qua citus alueus exit:  
Strinxit aquas tenuis ut glacialis hyems.  
Amnis iter plaustro dat qui dedit ante carinæ:  
Duruū ut uentis unda sit apta rotis.  
Plaustra boues ducunt: qua remis acta carina est.  
Postq̄ diriguit crassus in amne liquor.  
Unda capaxq̄ ratiū: plaustris iter algida præbet:  
Frigoribus sæuis ut stetit amnis iners  
Plaustra uiam carpunt qua puppes ire solebant:  
Cum frigus boreas obstupescit aquas.

## C Mira Virgilii experientia de iri.

Thaumantis proles uarianti ueste figuras  
Multicolor picto per nubila deuolat arcu  
Iris & insigni decorat ceruamine cœlum  
Cum sol ardentem radios in nubila iecit:  
Cunq̄ colorifico nymnos fulgore repleuit.  
Apparet uarii radiis distincta coloris  
Clara sub æthereis fulgens thaumantia proles  
Nubibus: ut radiis pluuiū sol attingit hymbre:  
Et picturato cœlum uelamine cingit  
Discolor æthereis apparet nubibus iris:  
Postq̄ flammiferi rapuerunt lumina solis:  
Et cœlum uariis miranda coloribus ornat

Vmbriferas nubes radiis ubi contigerit sol  
Luce sub aduersa uarios iacit unda colores:  
Dicitur hæc iris picto spectantibus arcu  
Dum nubes radiis fulgentibus attingit atras  
Phœbus & aduerso lumen resplendit hymbri  
Tunc iacit in segnes per nubila densa colores  
Mirifico nubes ambit thaumante creata:  
Quas cum ex aduerso tetigit rota fulgida solis  
Tunc iris uario circumdat nubila cinctu  
Nuncia lunonis uario decorata colore  
Aethera nubificum complectitur orbe decoro  
Cum phœbus radios in nubem iecit aquosam:  
Nubila cum phœbus perfudit lumine claro:  
Tūc fit ut humor aquæ suffulgeat: atq̄ colores  
Sub uaria specie iaceat mirabilis arcus.  
Tū radiis hymbres: & aquag; pendulus humor  
Frangitur existit: quam græcia nominat iris  
Multorum insignis uario splendore colorum  
Iris habet uarios subiecta luce colores:  
Quam sol hymbrifera fulgens de luce creauit  
Cum pepulit radiis obstantia nubila clavis.  
Luce repentina tum sol impleuit aquosus  
Aduersas nubes effulget protinus iris  
Picta ueste decens: & multicoloribus alis.

## C De quattuor temporibus anni.

Verg; nouum stabat tinctum florente corona:  
Stabat nuda æstas: & spicea ferta gerebat.  
Stabat & autumnus calchatis cordibus uuis.  
Et glacialis hyems canos hirsuta capillos.  
Vere sinum tellus aperit: floresq̄ ministrat  
Tempore solis ager messis fert pinguis opimas.  
Fœcundos autumnæ lacus de uitibus implet.  
Vis hyemis glacie currentis alligat undas.  
Frigoribus pulsus nitidum uer æthera mulcet:  
Scindit agros æstus phœbeis ignibus ardens  
Autūno dat hyems mixtum uicina teporem.  
Albentes hæc durat aquas: & flumina nescit.  
Ver pingit uario gemmantia prata colore.  
Ignea uestit agros culmis cærealibus æstas.  
Viribus autumnus turgentes detrahit uuas.  
Frigidus hyberno grauidus niue: nubilus æther  
Vere uenus gaudet florentibus aurea fertis.  
Flaua ceres æstatis habet sua tempora regna.  
Vinifero autūnus summa ē tibi bacche potestas.  
Imperium sæuis hyberno tempore uentis.  
Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas.  
Frugiferas agris fert æstus torrida messes.  
Pomifer autūnus tenero dat palmite fructum.  
Mox humus hybernis albescit operta pruinis.  
Vere nouo lætis decorantur floribus arua.  
Et riget æstiuus hirsutus campus arstis  
Labra per autūnum musto spumantia feruent.  
Et ponunt frondes hyemali frigore syluæ.  
Ver placidum uario nescit de flore coronas.  
Spicea ferta gerit calidissima solibus æstas.  
Temporag; autūnus cingit tua bacche racemis  
Tristis hyems montes niueo uelamine uestit.  
Ver agrum nitidum gemmis stellantibus ornat  
Et feruens æstas pinguis frugibus arua.  
Mox autumnali redolet uindemia foeru  
Frōde nemus male nudat hyēs: amnesq̄ rigescunt  
Purpureos flores humus effert uere comanti:  
Et cæteris donis horrescunt arua per æstum.



Bacche tuo tempus fluit autumniq; liquore  
 Obtegitur tellus per frigora ueste niuali.  
 Vere tepet picto zephyris spirantibus aer.  
 Decrescunt celere aestiuis ignibus amnes  
 Temperies autumnæ fluit tua nectare dulci.  
 Perq; hyemem lentus cœlo niuis aduolat imber.  
 Veris honos tepidi floret: uere omnia rident.  
 Arua sub aestiuis nudant torrentia labris.  
 Vite coronatas autumnus degrauat ulmos:  
 Decurrit ipse rigor siluis hyemalis honorem.  
 Flore solum uario depingit odoriferum uer.  
 Falciferamq; deam messes remorantur in æstu.  
 Dat musto grauidas autumnus pomifer uuas.  
 Scitonia gratialis hyems niue cana senescit.

CP.V. Maronis de ortu solis

**A**urora oceanum croceo uelamine fulgens.  
 Liq̄rat: & bitugis uecta ruhebat eq̄s.  
 Lucepolum nitida perfundit candi-  
 dus orbis.  
 Et clarum emicuit sole oriente iubar.  
 Rosida puniceo palantias exit amictu  
 Astrigerum inficiens luce oriente polum:  
 Sol infigne caput radiorum ardente corona  
 Promit ab æquoreis tethios ortus aquis.  
 Extulit oceano caput aureus igniferum sol  
 Fugerunt toto protinus astra polo.  
 Concessere deo tenebræ rebusq; colores  
 Lux iterum cunctis reddidit alma suis.  
 Tithoni coniunx roseo sub limine iubar  
 Inficit: & cœlum: lutea sydereum  
 Cum sol igniferus currus e gurgite magno  
 Sustulit: & claris astra fugauit equis.  
 Nox abit astrifero uelamine cincta micanti:  
 Et reteggit stellas: exoriturq; dies.  
 Emicat oceano phœbi rota clara relicto.  
 Illustrata nitent lumine cuncta suo.  
 Aurea fulgebat roseis aurora capillis.  
 Et matutino rore madebat humus.  
 Tethios unda uago cum profilit æquore titan  
 Flammiferos uultus ore micante ferens  
 Exoritur phœbus perfundens luce nitenti  
 Et maria: & terras: steliferumq; polum.  
 Astraq; cesserunt fulgentia crinibus aureis:  
 Et mox sydereas oculit atra faces.  
 Sol oriens cursusq; suos e gurgite tollens  
 Oceano: claro reddidit orbe diem.  
 Flammiferumq; iubar: terraq; pollog; reduxit:  
 Et pepulit radius astra repente suis.  
 Memnonis ut genetrix infecerat humida cœlū  
 Et rosæis manibus sydera dispulerat.  
 Phœbus athlantheis e fluctibus aureus orbem.  
 Sustulit igniferum: luxq; diesq; redit.  
 Preuia flammiferi cursus aurora ruhebat  
 Extuleratq; alto gurgite phœbus equos  
 Noctiuagosq; simul radius uagantibus ignes  
 Depulerat cœlo reddideratq; dies  
 Vix aurora suo rubefecerat æthera curru  
 Summaq; canebat roribus herba nouis.  
 Profilit e mediis candens rota tethios undis:  
 Et uaga cesserunt sydera solis equis  
 Surgit ab oceano tithonis fulgida coniunx:

Et ueste ambrosæ subruit ipsa pedes.  
 Tum phœbus radiis nitidū fulgentibus orbem  
 Depelit e tenebris: noxq; peracta fuit.

CP.V.M. De Herculis laboribus.



Compressit nemeæ primum uirtute  
 leonem.  
 Extincta est anguis quæ pululat hy-  
 dra secundo.

Tertius euictus sus est erymanthius ingens.  
 Cornibus auratis ceruum necat ordine quarto.  
 Deicit horrifono quinto stimphalidas arcu.  
 Abstulit hyppolyte sexto sua uincula uitæ.  
 Septimus angei stabulum labor egerit undis.  
 Octauo domuit magno luctamine taurum.  
 Tū diomedis equos nono cum rege perempto.  
 Geryonem decimo triplici cum corpore uicit.  
 Undecimo abstractus uidit noua cerberus astra.  
 Postremo hesperidum uictor tulit aurea mala.

CP.V.M. De littera y.



Ittera pythagoræ discrimine secta bi-  
 corni  
 Humana uitæ spēm præferre uidet.  
 Nam uia uirtutis dextrum petit ar-  
 dua callem

Difficilemq; aditum primū spectantibus offert  
 Sed requiem præbet fessis in uertice summo  
 Molle ostendat iter uia lata: sed ultima meta  
 Præcipitat captos: uoluitq; per ardua saxa  
 Quisquis enim duros casus uirtutis amore  
 Vicerit: ille sibi laudemq; decusq; parabit.  
 At qui desidiam: luxumq; sequetur inertem  
 Dum fugit oppositos incauta mente labores.  
 Turpis inopsq; simul miserabile transigit æuū.

CP.V.M. De signis cœlestibus.



Rimus adest aries: taurusque insigni-  
 bus auro  
 Cornibus: & fratres: & cancer aquati-  
 le signum.

Tum leo terribilis ueniens: atq; innuba uirgo.  
 Libra subit: caudaq; animal quod dirigit ictum:  
 Armatusq; arcu chiron: & corniger hircus  
 Fusor aquæ simul: & fulgenti piscis in auro  
 Creditor est helles: & proditor est europus:  
 Et gemini iuuenes: & pressus ab Hercule cancer:  
 Horrendusq; leo sequitur cum uirgine sancta  
 Libraq; lance pari: & uiolentus acumine caudæ.  
 Inde sagittiferi facies: senis & capricornus:  
 Et qui potat aquam puer urniger: & duo pisces.  
 Signorum princeps aries: & taurus: & una  
 Tyndaridæ iuuenes: & seruida brachia cancri:  
 Herculeusq; leo: nemeæ pauor almaq; uirgo  
 Libra iugo æquali pendens & scorpis acer.  
 Centaurusq; senex chiron & cornua capri:  
 Et iuuenis gestator aquæ: piscisq; supremi.  
 Corniger astrorum ductor taurusq; secundus.  
 Tum sydus geminum: & cancri repentis imago  
 Truxq; leo & uirgo quæ spicea munera gestat:  
 Et libram quam cæsar habet chelasq; minaces.  
 Atq; arcu pollens: & falsi gurgitis hircus:  
 Vrnaq; ny mbiferi: piscisq; nouissima forma



Dux aries: & frons tauri metuenda minacis,  
 Et ledæ soboles: & cancri torridus ignis:  
 Terribilisq; leo: speciesq; uirginis almæ  
 Momentūq; sequens caudadq; timēdus adunca,  
 Hinc tendens arcū: liquidī caper æquoris inde,  
 Troianusq; puer geminiq; sub æthere pisces,  
 Rubigenne iuuenis uictor: tauriq; trucis frons:  
 Et proles duplex Iouis & nepa torrida flammis  
 Aestifer inde leo mixta cum uirgine fulgens,  
 Quam sequitur libra: & uiolēta cuspide sæuus  
 Semiuit arcipotēs: subit & capricornus aquosus  
 Et cui nomen aquæ faciunt: piscesq; gemelli,  
 Corniger in primis: aries & corniger alter  
 Taurus: itē gemini sequitur quos cancer adustus  
 Terribilisq; fera species: & iusta puella:  
 Libra simul: nigrūq; ferens in acumine uirus:  
 Centaurusq; biformis adest pellagiq; puella:  
 Atq; amnem fundens: & pisces sidus aquosum,  
 Cornigeri ductor gregis: europæ quoq; uector,  
 Et duo tyndaridæ: tum cancer sole perustus,  
 Herculeaq; manu pressus leo: & optima uirgo:  
 Hinc trutinæ species: uenit armatusq; ueneno  
 Scorpius: atq; sagittifer: æquoreiq; capri frons:  
 Quiq; urnam gerit: & pisces duo signa sub uno  
 Principium signis ouium sator: inde iuuenus  
 Progenies duplex: & aquarum cancer alumnus,  
 Pressa sub herculeis manibus fera: iustaq; uirgo  
 Libra subest: caudadq; ferens letale uenenum,  
 Tum geminus chiron: & corniger æquores alti:  
 Dilectusq; Ioui puer: & duo sydera pisces:  
 Dux gregis & placidū pendēs sup æthera taurus  
 Germaniq; pares: & cancro iam comes æstus:  
 Atq; leo primus labor herculis & pia uirgo,  
 Libra comes sequitur minitans & scorpius ictu,  
 Et qui tela gerit centaurus: & æquoris hircus,  
 Deucalionis aquæ: & pisces extrema figura,  
 Velleris aurati fulget pecus aurea cœlo  
 Letus & amphion: cancriq; figura calentis  
 Insequitur leo sæuus: & almæ uirginis astrum  
 Hinc æquale iugum caudadq; uenenifer unca,  
 Centaurusq; minax arcu: & neptunna proles,  
 Quiq; refudit aquas: & pisces: ultimus ordo,  
 ¶ Versus Ouidii,

Qualis bucolicis: quantus tellure domanda  
 Vitibus: arboribusq; apibus: pecoriq; satiq;  
 Aeneadum fuerit uates: tetraſtica dicent,  
 Contineat quæ quisq; liber: lege carmina nostra  
 ¶ Summa uirgilianæ narrationis in tribus  
 opibus: Bucolicis: Georgicis: & Aeneidæ,  
 Pastorum musam uario certamine promit  
 Ruris item doctles culturam carmine monstrat  
 Arboribus uitem: prolem quoq; iungit oliuæ,  
 Pastorumq; palen: & curam tradit equorum,  
 Tunc apium seriem mellisq; & dona recenset  
 Aeneas profugus intrat carthaginis oras,  
 Conuiuiū series narratur troica belli:  
 Tertius hinc complet narrantis in ordine gesta,  
 Ardet amans dido fatum sortita supremum,  
 Quintus habet tumuli uaria spectacula patris  
 Infernos ditis manes: & regna pererrat,  
 Aeneas latium italias simul intrat in oras,  
 Intonat hic bellum tecti de culmine turnus,  
 Euryalum & nisum deflet cum matre iuuentus

Palanti exitium: & turni deluditur orsus,  
 Euandrusq; sibi multorum funera deflet  
 Mezentī interitus canitur post funera lausi,  
 Ultra dehinc fertur telo mactata camilla,  
 Turni uita fugit infernas mœsta sub umbras,











bus laboribus exercitos atq; expeditos itelligimus.  
 ¶ Aio tuo, magnitudie ai tui. ¶ Diluuii: qualis sim-  
 plicitas fuit tpe diluuii. ¶ Sic uixere: laudat ipm a iu-  
 stitia. ¶ Virgo: iustitia: q̄ una cū pudicitia neq̄tia mū-  
 di reliq̄sse. p̄dita est nō cū fide ut multi scribūt: dicē-  
 te luuei satyra Credo pudicitia Saturno rege mora-  
 tā: Postq̄ ad supos aſtrea recessit hac comite atq; duā  
 pariter fugere forores: & hoc cū de pudicitia: loq̄ref.  
 ¶ Præcinctos: illustres. ¶ Inuide: ad iuidos q̄ crimina-  
 bant ex corporis mollicie: ac dicit illā animi prudē-  
 tia cōpescitā: sicq; nihil offuisse. ¶ Solutæ aut tibi uē-  
 tosi: notat uestiū tenuitatē quæ uētos faciūt. Dicit tē-  
 pore quo gubernator urbis relictus est ab Augusto  
 Sicilia petentē urbē omni impedimento liberā fuisse.  
 Quis spoliavit, q̄d. nemo te spoliavit amante. ¶ Ip̄e:  
 solēt dictiones nōnunq̄ uacare teste Serui, q̄n. n. Vir.  
 inq̄t Nūc dextra igeminās nūc ille sinistra ille, n. abū-  
 dat. ¶ Maius erat: laudat Meccenate q̄a nō erat ambi-  
 ciosus in desiderādis triumphis cū potuisset habere  
 tū ab illis se abstinuit: q̄d. quidē maius fuit. ¶ Nym-  
 phas: musas. ¶ Iugera: habuit, n. hæc iugera in æsq̄ui-  
 liis: & his cōtentus ab Hora, fuisse perhibet: nisi q̄d. i  
 ædificiorū molle reprehēdit: ex qua exulās in sabinis  
 & ipsius Horatii agrum spectare poterat. ¶ Pierides  
 phœ, colens ipse Meccenas musas studiosissime ue-  
 nerabat poetas: ut Virgiliū: Horatiū: Propertiū. ¶ Ar-  
 gutas: sonoras q̄ ues erāt i tuis hortis: uel aues poe-  
 tas itelligit, q̄d. Meccenate eē numerandū iter p̄no-  
 ros poetas. ¶ Meonii: cōmendat Meccenate a poeti-  
 ca. ¶ Meoni: idest Homeri: nā uariæ fuerunt sniæ de  
 ipsius patria ephorus, n. cum aē dixit: pindar. ¶ smyr-  
 næum & chiium Antimachus: & nicāder Colopho-  
 nium: Aristarch. ¶ & Dionysius Atheniēsem: Aristo-  
 teles hietem: nonnulli salaminium: alii argiuum  
 contendunt. Oui, Meonium: unde est: Aspice meo-  
 nidem a quo ceu fonte perenni Vatum pieriis ora ri-  
 gantur aquis. ¶ Marmora: marmorea. ¶ Faceret: fa-  
 cere poterat. ¶ Defunctus: emeritus. ¶ Pius: pii dicū-  
 tur qui maiores suos excolunt. ¶ Illum piscosi: Osta-  
 uis uicit Sextum pompeium bello nauali in mari  
 ficulo. ¶ Piscosi: Aspi. ¶ Pelori: pelorus sūmus est ex  
 promontoriis siciliæ aduersus italiā. ¶ Rates: scilicet  
 Sexti pompeii. ¶ Puluere in æma, æmathia appellat  
 Thessalia ab Emathone filio deucalionis. ¶ Saxa, p̄-  
 notat Meccenatem fuisse secutum Augustum in bel-  
 lo cōtra Sextum: pompeiū pagrippā & fratē & cō-  
 missa pugna nō lōge a carybdi & scylla ea pte q̄ pelo-  
 us Italiā respicit. ¶ Piscosi, adicit q̄a circa ipm pro-  
 mōtorium pp̄ aspa saxa optimi sūt pisces. ¶ Illū: Me-  
 ccenate. ¶ Ignibus, i. incēdere naues inimicorū. ¶ Phi-  
 lippi: cāpi thessaliæ a philippo rege denoiati. ¶ Pulue-  
 re, æ. i. certamine: nā & cōtra Cassium & Brutū Me-  
 ccenas octauū secutus ē. ¶ Tener: fuit scdm Senecā: q̄  
 eum mollissimū dixit corpore etiam: effœminato.  
 ¶ Niliacæ carinæ: significat & illū fuisse secutū Aug.  
 ad bellum ætiacum habitum tamē contra Antoni-  
 um & Cleopatram: quā nauigia sequebant ægyptia  
 ca unde niliacæ dixit. ¶ Circum: quādo erat & ante  
 & circū Aug. erat semp̄ fortis. ¶ Secutus: octauus ui-  
 ctoria potitus est de Antonio & Cleopatra: quā idē  
 Antonius imperio urbis ornare pollicitus fuerat in  
 stupri præmium: uerum deuictus est: & Cleopatra

Paucaq; pomosi iugera certa soli:  
 Pierides phœbūq; colens in mollibus hortis:  
 Sederat argutas garrulus inter aues:  
 Marmora meonii uincunt monumenta libelli:  
 Viuitur ingenio: cætera mortis erunt:  
 Quid faceret: defunctus erat: comes ipiger idē  
 Miles & augusti fortiter usq; pius.  
 Illum piscosi uiderunt saxa pelori  
 Ignibus hostiles reddere ligna rates.  
 Puluere in æmathio fortem uidere philippi  
 Quam tener ille fuit: tam grauis hostis erat.  
 Cum fræta niliacæ texerunt lata carinæ  
 Fortis erat circum: fortis & ante ducem.  
 Militis æoi fugientis terga secutus  
 Tertius ad nili dum fugit ille caput.  
 Pax erat: hæc illos laxarunt ocia cultus.  
 Omnia uictores marte sedente decent.  
 Actius ipse lyram plectro percussit eburno  
 Postq̄ uictrices conticuere tubæ.  
 Hic modo miles erat: ne posset femina romam  
 Dotalem stupri turpis habere sui.  
 Hic tela in profugos tantū curauerat arcum  
 Misit ad extremos exorientis equos.  
 Bacche coloratos postq̄ deuicimus indos.  
 Potasti galea dulce iuuante merum.  
 Et tibi securo tunica fluxere soluta:  
 Te puto purpureas tunc habuisse duas.  
 Sum meor: & certe memini sic dicere thyrsos  
 Bacchica purpurea candidiora niue.  
 Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus: & auro.  
 Serpentes hederæ uix habuere locum.  
 Argentata tuos etiam sandalia talos:  
 Vinxerunt: certe: nec puto bacche negas:  
 Mollis es solito mecum tum multa locutus:  
 Et tibi consulto uerba fuere noua.  
 Impiger alcide multo defuncte labore:  
 Sic memorant curas te posuisse tuas:  
 Sic tecum tenera lætum luisse puella  
 Oblitum nemeæ iamq; erymanthe tui.  
 Ultra num quid erat: torristi police fusos  
 Lenisti morsu leuia fila parum.  
 Percussit crebra te propter lydia nodos:  
 Te propter dura stamina rupta manu.  
 Lydia te tunicas iussit lasciuæ fluentes  
 Inter lanificas ducere sape suas.  
 Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat



Quam pede suspenso percutiebat amor,  
 Quis fore credebat cū iā p̄mit impiger ifans  
 Hydros ingentes uix capiente manu.  
 Tunc ne renascentē tereret uelociter hydram:  
 Frangeret immanes uel diomedis equos,  
 Vel tribus aduersis cōmunem fratribus aluū  
 Et sex aduersas solus in arma manus:  
 Fudit & æolidas postq̄ dominator olympi  
 Dicitur in nitidum procubuisse bouem.  
 Atq; aquilā misisse suam: quæ quereret ecquis  
 Posset amaturo uina referre Ioui.  
 Valle sub idæa: dum te formose sacerdos  
 Inuenit: & presso molliter ungue rapit.  
 Sic est, uictor amet, uictor potiatur in umbra.  
 Victor odorata dormiat inque rosa.  
 Victorem uictus metuat: metus imperet illi.  
 Membra nec instrata cernere discat humo.  
 Tempora dispēsant usus, & tempora cultus:  
 Hæc hoies: pecudes: hæc moderantur aues:  
 Lux est: taurus arat, nox est, requiescit arator,  
 Liberat e merito feruida colla boui.  
 Conglatiantur aquæ, scopulis se cōdit hirūdo  
 Verberat & gelidos garrula uere lacus.  
 Cæsar amicus erat: poterat uixisse solute  
 Cum iam cæsarides quod cupiebat: erat:  
 Indulsi merito: non est temerarius ille.  
 Vicinus augusto iudice dignus erat.  
 Ergo saxa parens postq̄ scyllæia legit  
 Cyaneosq; metus iam religanda ratis:  
 Viscera desiecti mutauit arietis agni  
 Oetias: & succis omne perita suis.  
 His te meccenas iuuenescere posse decebat,  
 Hæc utinam nobis colchidos herba foret,  
 Reddit arboribus florens reuirētibus æstas,  
 Ergo non homini quod fuit ante redit:  
 Viuacesq; magis ceruos decet esse pauentes:  
 Si quorum in torua cornua fronte rigent:  
 Viuere cornices multos dicuntur in annos  
 Cur non angusta conditione sumus?  
 Pascitur auroræ tithonus nectare coniunx:  
 Atq; ita iam tremulo nulla senecta nocet.  
 Ut tibi uita foret semper medicamine sacro:  
 Te uellem auroræ complacuisse uirum,  
 Illius aptus eras croceo recubare cubili,  
 Te dare purpurea lora regenda manu.  
 Tū mulcere iubā: tum iam torisset habenas

Alexandriā usq; ad nili caput aufugit, & Aeoi: aut mī  
 litis q̄a ex oriēte ip̄am plures sunt secuti: & Herodes  
 rex iudeorū: & Amathus arabie: & Polemō ex p̄oto:  
 & bessi: & Philadelphus ex paphlagōia & glices quā/  
 do Mithridates ex comagena Amyntas Lycadiū ex  
 mauritāia: & pene totus oriēs, & Ipe: Meccenas: q̄ exa  
 ctis bellis dedit operā musica: & poetica, & Hic: me/  
 ccenas, & Femia turpis: cleopatra meretrix, & Dotalē:  
 q̄a ī cōuiuuiis: & crapulis Antōius p̄miserat ip̄erū ur  
 bis: sic Meccenas ī pfugos Egyptios fugiētes quos pe  
 pulit usq; oriētē, & Bacche: uertit sermonē ad bacchū  
 & colligere hīc possum⁹ ex poetæ uerbis: q̄ uictoria:  
 & triūpho ipsius dei interfuisset: se dicit Gallū poetā  
 opus hoc scripsisse, q̄ppe ī cuius corpus euphorbi: &  
 Pithagoræ ac Hōeri & Enni aīo intrasse p̄bat: uerū  
 fuerit sic uel ne īcertū habeo, Quicūq; ille sit nihil oī  
 no refert, & Coloratos: nigros factos colore solis, Ali/  
 bi Virg. in Geor. iiii. Vsq; coloratis amnis deuex⁹ ab  
 indis, & Tunica: uestes lōge duas, uestes habuisse eo  
 tpe, & Thirfos: hastas p̄p̄inis iuolutas: ī q̄bus in sacris  
 bacchi & choreis utebant, & Purpura: etiā reperitur  
 alba quum proprie sit rubra, & Tibi cono bacche,  
 & Vix habere: tygres uix habebant locū propter mul  
 titudinem gēmarum seu serpentum, & Sandalia: ge/  
 nus calciamentorum alborum: quibus magni uiri  
 utebantur, & Noua: nō militarie: sed dulcia: & amori  
 apta, & Impiger: alcide uertit sermonem ad Hercule,  
 & Defuncto, i. qui euasisti a multis laboribus, & Puel/  
 la tenera: quia habebat Omphalē: cui secūdū oracu/  
 lum responsum parere coactus erat, Dum nauigans  
 in aphricam a quorūdam ex amicis suis sponte esset  
 uenundatus, Illa enim Iordane menioꝝ: id est lydio/  
 rum reginæ filia fuit, Nemei laboris habito in sylua  
 nemæa propter mortem leonis circa montē trito/  
 nem: & et in apro erymantheo arcadiæ agros deua/  
 stante: & mandatū erat: ut eum uiuū afferret, & Mor/  
 fu: nam mulieres filando solent mordere fila, & No/  
 dos: quia Omphale faciebat multos nodos cā tua o  
 Hercules: quoniam: & tu idē faciebas, & Torosa: mē/  
 brosa ex duro amore uersus, Omphalem, & Pede su,  
 quia Hercules suspendebat pedē suū super pedē ai/  
 cem: sicut sæpius nos fecimus renascentē pp̄ focun/  
 ditatem capitis, & Equos: equos Threici Diomedis  
 humana carne uescētes iterem Hercules, & Tribus  
 frageryonē tangit qui in insula erythrea existēs tria  
 corpora habebat: & sic sex manus, & Alu, uentrem,  
 & Aeolidas: rhetū & ephialtē Aeoli filios, & Dñator:  
 Iuppiter, & Nitidū: clax̄ diē, Hoc sc̄dm morē thraciæ  
 q̄ quietas dies: & sc̄lices cādido lapillo denotabant,  
 & Referre ioui: quia uoluit hīc Ganymedē, & Sacer/  
 dos: fecit, n̄ ipsum sacerdotē in ida sylua, & Formose:  
 o Ganymedes, & Potiatur: Meccenas amica, & In, u. i.  
 hortis suis, & Rosa: pestana maioris odoris sc̄dm mo/  
 rē antiquū lectos: & anacleteria ex rosaz̄ filios cōficte  
 bat: ad suauitatē spirandam: ut & de principe Anto/  
 nio Helius Lampridius refert, & Dispensant: diuidūt  
 & ordinant: omnia fieri solent secundū seriem tem/  
 poris, & Cæsar amicus erat: cōcludit in laudem Me/  
 ccenatis nil fuisse quod a Cæsare ipetrare nequisset,  
 & Amicus: Meccenati erat paratus ad omnia eius  
 uota, & Indulsi, i. gessit morem ei, & Saxa parens: la/  
 son legit, i. nauigauit: de Iasone loquor: Oethas rex



præcipitasse se in fluctus: nomenq; mari dedisse: dū  
thesea redeuntē a Minotauro interfecto expectaret:  
cui mandarat: ut si uictor esset uela nauium alba fe-  
rentur: si uictus nigra: uerum oblitis nautis mutare  
uela nigra relata sunt. Sicq; credēs filiū a minotauro  
absumptū excidit in mare. Perfide: inquit propter.  
Ariadnē: ab ipso Theseo derelicta i littore. Fidus  
tangit: fabulā icari: qui cū agricolæ merū potasset: il-  
le ebrii uenenū potasse existimantes eū peremerunt.  
Canis uero qui eū comitarat ad Erigonē sororem: si-  
ue ut alii dicūt filiā quæ cum minime redeuntē ica-  
rum uideret sibi fidissimum: & omnia loca pquisi-  
set: ab oraculo habuit in alieno elemēto quæ ritaret:  
sicq; in aere perquisiuit sacris adhibitis quæ oscylla  
uocantur: de quibus Virgili in Georgi. Oscylla ex al-  
ta suspendunt Mollia pinu athenarum quia icarus  
atheniens fuit. Amphiona: Iouis filius ex anthiopa  
cantu & cythara adeo eruditus: ut eo pulsante lapi-  
des se cōponerent in ædificium. Sicq; thebana mo-  
nia scribuntur fuisse constructa Hora i poetica. Du-  
ctis & amphion thebanæ cōditor arcis Saxa moue-  
re sono testudinis: & prece blāda Ducere quo uellet.  
Sorores: Philomellā dicit acceptā a Progne sorore:  
dū a Thereo fuisset uiolata. Hospita autē tecti. Dicit  
quia in parietibus nidificāt hirūdines. Ferreus: the-  
reus: upupa. Hecora: Hector enim: ut tradit Da-  
res phrygius puæ staturæ fuit. Magni ducis: Achil-  
lis: q sepultus fuit in sigæo promontorio ad quē tu-  
mulū quū uenisset Alexāder magnus o fortunāte in-  
quit tu iuuenis: q tuæ uirtutis. Home habuisti pco-  
nē. Impiger: ita n. ex natura Achilles erat: uñ Hor.  
Scriptor honoratū si forte repōis achillē. Impiger:  
tracūdus inexorabilis acer. Victus paridē dicit: qui

Flumina quin etiam latis currentia riuis  
Occasus habuere suos: aut illa uorago  
Direpta in præceps fatali condidit ore:  
Aut occulta fluunt tectis ad operta cauernis.  
Atq; inopinatos referunt procul ædita cursus  
Quod si diuersos emittat terra canales:  
Hospitiū fluminū: aut semita nulla profecto  
Fontibus: & riuis constet uia pigraq; tellus  
Conserta in solidum segnis sub pondere cesset.  
Quod si præcipiti conduntur flumina terræ  
Cōdita si redeunt: si qua et incondita surgunt:  
Haud mirum clausis etiam si libera uentis  
Spiramenta latent: certis tibi pignora rebus:  
Atq; oculis hæsurā uias dabit ordine tellus:  
Immensum plerunq; sinus: & iugera pessum  
Intercepta leget: densq; abscondita nocti  
Prospectare procul chaos ac sine fine ruina  
Cernis & in syluis spatioq; cubilia retro:  
Antraq; demissis pedibus fodisse latebris.  
Incomperata uia est operū: tantū influit intra  
Argumenta dabunt ignoti uera profundi.  
Tu modo subtiles animo duce percipe curas  
Occultamq; fidem manifestis astrue rebus:  
Nam quo liberior: quoq; est animosior ignis:  
Semper: & inclusus nec euectus: sæuior ira est.  
Sub terra: pētūsq; mouēt hæc plura necesse ē.  
Vincla magis soluāt: magis hoc obstātia pellāt  
Nec tamen in rigidos exit contenta canales.  
Visa niuē flāma auertit: qua proxima cedunt:  
Obliquum secat: qua uisa teterrima causa est.  
Hinc tibi terra trēor motu: hic tibi dēsus. hiatu  
Spiritus exagitat uenas: cessantiaq; urget.  
Quod si spissa foret: solidoq; instaret inani  
Nulla daret miranda sui spectacula tellus.  
Pigraq; & pondus confestim mobilis esset  
Sed summis si forte putas concredere causis  
Tantū opus: & summis alimentū uiribus oris  
Quæ ualida i prōpto cernis: ualidosq; recessus  
Fallere: sed nōdum tibi lumine certa q; recto.  
Nāq; illuc quodcūq; uacat specus oīs hiatum:  
Et res introitu soluunt: adituq; patenti  
Conuersæ languent uires: animosq; remittūt.  
Quippe ubi cōtineat uētos: qua q; morantis  
Inuacuo desint: cessat: tantumq; profundi  
Explicat errantes: & in ipso limine tardant.  
Angustis opus est turbare: in faucibus illos



Feruet opus: densiq; p̄munt: p̄miturq; ruina  
 Hinc furtim boreæ atq; noto: nūc un⁹ uterq; ē  
 Hinc uenti rabies: hinc sæuo quassat hiatu.  
 Fundamenta solo trepidant. urbescq; caducæ  
 Inde (neq; est aliud) si fas est credere mundo:  
 Venturam antiquam faciem: ueracius omen  
 Hæc primo species iterum: naturaq; terræ.  
 Intorsus cessante solo trahit undiq; uenas:  
 Aethna sui manifesta fides: & proxima uero ē  
 Non illic duce me occultas scrutabere causas  
 Occurrent oculis ipse cogentq; fateri.  
 Plurima namq; patent illi miracula monti:  
 Hic uasti terrent aditus: merguntq; profundo

tor fuit Hæctoris in interficiendo Achillem sagitta  
 ab Apollie directa: & ipse tamē a Pyrrho uictus fuit  
 atq; interemptus. ¶ Graia: athenas dicit. Leges soli  
 nis. ¶ Paphia Veneris: quam Apelles depinxit Athe  
 nis. ¶ Dioclydæ: nati ex filia dioclei q; fuit filius Orfi  
 lochi: ut est apud Homerum: dioclei inde appellan  
 tur oēs postea qui diuinā gloriā habent. ¶ Minacem:  
 xersem: qui combussit athenas hominibus uacuas.  
 ¶ Visenda: & longe magis debes extimare quod mi  
 racula æthnæ tāto magis sunt uisenda. ¶ Excaduit:  
 extra cādorem & ardorem exarsit. ¶ Sæuo: loue ful  
 mina mittente. ¶ Euaserat: ille qui iuerat ad uidēdū  
 æthnā quæ est urbs in ipso mōte: & exusta fuit. ¶ Pa  
 scunt deuorant. ¶ Amphion: frater Zoetus. ¶ Pios:  
 idest dū illi uadunt ad arripiendos patres ab incen  
 dio flammæ non illis nocent: sed cedunt ignes. ¶ Di  
 tis: Plutonis. ¶ Priorum: iuerunt ad loca beatorum.

Corrigit hic artus penitusq; quod exigit ultra  
 Hinc spissæ rupes obstant: discordiaq; ingens  
 Inter opus nectunt uarium: mediumq; cohercēt  
 Pars igni domitæ: pars ignes: ferre coactæ.  
 Ut maior species æthnæ succurrat inanis.  
 Hæc illis sedes tantarumq; area rerum est.  
 Nunc opus artificem incendit: causafq; reposcit  
 Non illos parui aut tenuis discriminis ignes.  
 Mille sub exiguo ponam tibi tempore ueras  
 Res: oculiq; docent: certas res credere cogunt.  
 Quinetiam tactu moneant contingere toto  
 Si liceat prohibent flammæ: custodiāq; ignis  
 Illi operum est: arcent aditu: diuinaq; rerum:  
 Ut maior species æthnæ succurrat inanis.  
 Cura sine arbitrio est eadē: procul omnia cernis.  
 Nec tamen est dubiū penitus q; torquear æthna  
 Aut quis mirandus tante faber imperet arti.  
 Pellitur exusta glomeratus nimbus harenæ.  
 Flagrantes properant moles: uoluuntur ab imo  
 Fundamenta fragor tota nunc rumpitur æthna.  
 Nunc fusca pallent incendia mixta ruina.  
 Ipse procul magnos miratur Iuppiter ignes.  
 Nec ue sepulta noui surgant in bella gigantes  
 Neu ditem pudeat regni: neu tartara cœlo  
 Vertat in occulto: tantum premit omnia dextra  
 Congeries operis saxorum: & putris harena.  
 (Quæ nec sponte sua faciunt: nec corporis ulli  
 Sustentata cadunt: robustis uiribus) omnes  
 Exigitur: uertit uasa uertice sæuo  
 Indensum congesta rotant: uoluuntq; profundo  
 Hæc causa expectata ruunt incendia montis.  
 Spiritus inflatis nomen languentibus aer.  
 Nam prope naturæ par est uiolentia semper  
 Ingenium uelox illi: motusq; perennis.  
 Vetum opus auxilio interpellat corpore: nullus  
 Impetus est ipsi: q; spiritus iperatur. (ignis  
 Nunc princeps magnusq; sub hæc duce militat  
 Huic quoniā in promptu est operi natura soliq;  
 Vna ipsi uenti quæ res incendia pascit  
 Cum subito cohibetur: inest quæ causa silenti  
 Subsequar immensus labor est: sed fertilis idem  
 Digna laboranti respondent præmia curis.  
 Non oculis solum pecudum miranda fuere  
 More nec effusis in humū graue pascere corpus

Nosse fidem rebus: dubiasq; exquirere causas.  
 Sacra perurgentem: capitiq; attollere cœlum  
 Scire quot: & quæ sint: cur magno talia mundo  
 Principia occasus metuunt ad sæcula pergunt.  
 Et firma æterno religata est machina mundo  
 Solis scire modū & quāto minor orbita lunæ est  
 Cur illi breuior: cur isti peruolet orbis  
 Annuus ille monet quæ certo sydera currant  
 Ordine: quæq; suo careant incondita cura.  
 Scire uices etiam signorum: & tradita iura  
 Nubila cur cœlo terræ denunciet hymbres.  
 Quo rubeat phœbe: quo frater palleat igni  
 Tempore cur uariant anni primaq; iuuenta  
 Ver præit æstatem: cur istas ipsa senescit  
 Autumnusq; obrepit hyems: & in orbe recurrit  
 Axem scire helices: & tristem nosse cometem.  
 Lucifer unde micet: quæ ue hesper⁹: unde bootes  
 Saturni cur stella tenax: cur martia pugna:  
 Quo rapiant nautæ: quo sydere linthea tendant  
 Scire uias maris: & cœli prædicere cursus  
 Quo uolet orion: quo sæuus incubet index.  
 Et quæcunq; iacent tanto miracula mundo.  
 Non digesta pati: nec aceruo condita rerum:  
 Sed manifesta notis certa disponere sede:  
 Singula diuini est animi ac iucunda uoluptas:  
 Sed prior hæc hominū cura est cognoscere terrā  
 Et quæ nunc miranda tulit natura notare.  
 Hæc nobis magna affinis cœlestibus astris  
 Nam quæ mortalis species: quæ amentia maior  
 In louis errantem regno perquirere uelle:  
 Tantū opus ante pedes transire: & perdere segnes  
 Torquemur miserī in paruis: p̄mimurq; labātes  
 Dum sese precio: redimant: uerumq; professæ  
 Tum demum uiles taceant: inopesq; relictæ  
 Noctes atq; dies festinant arua coloni.  
 Callent rure manus glebarum: experimur usu.  
 Fertilis hæc segetiq; feratior: altera uiti.  
 Hæc platâis hum⁹: hæc herbis dignissima tellus  
 Hæc diti melior pecoris: syluisq; fidelis.  
 Aridiora tenent oleæ successior ulmis  
 Grata leues cruciant animos: & corpora causæ.  
 Horrea uti saturent: tumeant & dolia musto.  
 Plenaq; de secto surgant fœnilia campo.  
 Sic audi semper quod uisum est carius istis



Implendus sibi quisq; bonis est artibus: illis  
Sunt animi fruges: hæc rerum maxima merces:  
Scire quod occulto naturæ terra coerces  
Nullum fallere opus non multos cernere sacros  
Aetnæi montis fremitus animumq; furentis  
Non subito pallere sono: non credere subter  
Scrutamur rimas: euertimur omne profundum  
Queritur argenti semen nunc aurea uena,  
Torquentur flamma terræ: ferroq; demantur  
Cælesti migrasse: minas ad tartara mundi  
Nosse quid impediatur uentos: quid nutriat ignes  
Vnde repente quies & multo foedere pax sit:  
Concreuant animi penitus seu forte cauere:  
Introitusq; ipsi seruent: seu terra munitus  
Rara foraminibus: ne ue in se abstrahat auras  
Plenus hæc etiam rigido qua uertice surgit,  
Illinc infestus: atq; hinc obnoxius intus  
Vndiq; diuersas admittere cogitat auras  
Et coniuratis addit concordia uires,  
Siue intorsus agunt nubes: & nubibus auster  
Seu forsan flexere caput: tergoq; feruntur  
Præcipientes delecta sono premit una fugato,  
Torrentesq; aures: pulsataq; corpora densat,  
Nam ueluti sonitura diu tritone canoro  
Pellit opes collectus aquæ: uictus mouere  
Spiritus: & longas emugit buccina uoces,  
Carminesq; irrigo magni cortina theatri  
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,  
Quæ tenuem impellens animam subremigat undam  
Haud aliter summotâ furens torrentibus aura  
Pugnat in augusto & magnum & cômurmurat  
Credendum est et uentorum existere causas: (ætna  
Sub terris similes harum quas cernimus extra  
Vt condensa cremant inter se corpora: turba  
Elisa in uacuum fugiant: & proxima secum  
Nomina tota trahunt tutaq; in sede resistent  
Quod si forte mihi quædam discordia tecum est  
Principiis quod his credas consurgere uentos:  
Non dubium rupes aliquas penitusq; cauernas  
Prouehere ingenti sonitu casuq; propinquas  
Diffugere: impelliq; animas: hinc cernere uentos:  
Aut humore etiam nebulas effundere largo:  
Haud campis: agrisq; solent: quos obruiuit amnis,  
Vallibus exorients caligat nubilus aer,  
Flumina parua ferunt auras: uix proxima uento est,  
Eminus aspirat fortis: & uerberat humor,  
Atq; hoc in uacuos si tanta potentia rerum est,  
Hoc plura efficiunt: introclusiq; necesse est  
His agitur causis extra penitusq; coactis  
Exagitant: uentos pugnant in faucibus ante  
Pugnantes suffocant: & intus uelut unda profundo  
Terq; quaterq; exusta graues ubi peribit euros  
Ingeminat fluctus: & primos ultimus urget,  
Haud secus astrictus certamine tangitur ictu  
Spiritus inuolensq; suo sibi pondere uires  
Densa per arduos exercent corpora neruos,  
Et quacunq; iter est properat transitq; morantem  
Donec confluuium reuolvens æstibus amnis  
Exilit atq; furent tota uomit igneus ætina,  
Quod si forte putas iisdem decurrere uentos  
Faucibus: atq; isdem pulsus remeare notandas  
Res oculis locus ipse dabit: cogetq; negare

Quamuis cæruleo sicco sic frigeat æther:  
Purpureoq; rubens surgat iubar aureus ostro  
Illinc obscura semper caligine nubes  
Pigraq; defuso circumstrepit humida uultu,  
Prospectat sublimis opus: uastosq; recessus  
Non illam uidet æthna: nec ullo intercipit æstu,  
Obsequitur quacunq; iubet leuis aura: reditq;  
Placantes etiam cælestia numina thure  
Summo cerne iugo: uel qua liberrimus ætina  
Improspectus hiat tantarum semina rerum  
Si nihil irriter flammis: stupeatq; profundum,  
Huic igitur credis torrens ut spiritus illi  
Qui rupes terramq; uorat: qui fulminat ignes,  
Cur exit uires: & præces flexit habenas  
Præsertim ipsa suo decliua pondere nunquam  
Corpora diripiant: uariocq; absoluere arcu,  
Quod nisi fallor adest species tantusq; ruinis  
Impetus attentos oculorum transfugit ictus,  
Nec leuitas tantos igitur ferit aura: mouetq;  
Sparsa liquore manus sacro ubi uentilat ignes  
Uerberat ore tamen pulsataq; corpora nostra  
Incurfant adeo tenuis uim causa repellit,  
Non cinerem stipulam ue leuem non arida sorbet  
Gramina non tenuis plantis humor exit eisdem  
Surgit adoratis sublimis fumus ab aris  
Tanta quies illi est: & pax innoxia rapti  
Siue peregrinis agitur propriisq; potentis  
Coniurant animæ causis illæ impetus ignis  
Et montis partes atras subuertit harena,  
Vestaq; concursu trepidantia saxa fragoris  
Ardentesq; simul flammis ac flumina rumpunt,  
Haud aliterq; cum prono iacere sub astro,  
Aut aquilone fremunt siluæ dant brachia nudo  
Implicitæ: hæc serpunt iunctis incendia ramis  
Nec te decipiant stolidi mendacia uulgi  
Exhaustos cessere sinus: dare tempora rursus:  
Ut rapiunt uires: repetantq; in proelia uicti:  
Pelle nefas animo: mendacemq; exue famam,  
Non est diuitiis iam sordida rebus egestas,  
Nec paruo mendicat: opes nec congregat auras:  
Præsto sunt opere uentorum: examina semper:  
Causa latet quærunt pariter: coguntq; morari  
Sæpe premit fauces magnis exhausta ruinis  
Congeries: clauditq; uias luctamine ab uno:  
Et scisso ueluti tecto: sub pondere præsto est,  
Haud secus aut teneros cum succum frigida monti  
Desidiam totoq; licet discedere montes  
Post ubi continere moramue ocius urgent:  
Pellunt oppositas moles: ac uincula rumpunt  
Quicquid in obliquum est frangunt iter acrior ictu  
Impetus exoritur: magnis operata rapinis  
Flamma micat: latosq; ruens exundat in agros  
Si cessant a iure ferunt spectacula uenti,  
Nunc superant quæcunque regunt incedia siluæ:  
Quæ flammis alimeta uocent: quod nutriet æthna  
Incendi poterunt illis uernacula causis  
Materia oppositumq; igni genus utile terrent:  
Vritur assidue callidus nunc sulphuris humor,  
Nunc spissus crebro probetur uimine succus  
Pingue bitumen adest: & quicquid cominus atras  
Irritat flammis illius corporis æthna est,  
Atq; hanc materiam penitus discurrere fontes



Infectæ erumpunt: & aquæ radice sub ipsa  
 Pars oculis manifesta iacet: quæ corpora ipsa dura  
 Ac lapis in pingui feruent incendia succo  
 Quineriam uariæ quædam sint uimine saxa  
 Toto monte liquant illis custodia flammæ  
 Vera tenaxque data est: sed maxima quippe molaris  
 Illius incendi lapidis sic uindicat æthnam  
 Quem si forte manu teneas: & robore cernas  
 Nec seruare putes ignem: nec spargere posse:  
 Sed simul ac ferro quæras: respondet & ictu  
 Scintillat color: hunc multis circumdare flammis:  
 Et potes extorquere animos atque exue robur  
 Fundetur ferro citius: nam mobilis illi  
 Et metuens natura mali est: ubi cogitur igni  
 Sed simulatque hausit flammæ: non tutior hausit  
 Vlla domus seruans aciam: duramque tenaci  
 Septa fides tutum est illi patientia uictio:  
 Vix unquam redit in uires: atque euomit ignem,  
 Totus enim denso stipatur robore tarda  
 Per tennes admissa uias incendia nutrit:  
 Cunctanterque eadem: & pigre accepta remittit,  
 Nec tamen hoc uno quod motis plurima pars est  
 Vincit & incendii causam tenet: illa profecto  
 Miranda est lapidum uiuax animosaque uirtus,  
 Cætera materies quæcumque est fertilis igni  
 Ut semel accensa est: moritur: nec restat in illa  
 Quod repetas tamen cinis: & sine semine terra est  
 Sic semel atque iterum patiens ac mille perausis  
 Ignibus instaurat uires: nec desinit ante  
 Quam leuis ex cocto defecit robore pumex:  
 In cinerem putrescens iacet delapsus harenas,  
 Cerne locis etiam similes arsisse cauernas  
 Illic materie nascentis copia maior  
 Sed genus hoc lapidis certissima signa colori  
 Quod nullas adiunxit opes: & languit ignis  
 Dicitur insidiis flagrans æthnaria quondam,  
 Nunc extincta super tectisque neapolim inter  
 Et cumas locus ad multis iam frigidus amnis  
 Quauis in æternum pinguescat ab ubere sulphur  
 In mercem legitur tanto est fecundus æthna  
 Insula cui nomen facies dedit ipsa rotunda  
 Sulphur enim solū: nec obfusa cacumine terra est  
 Et lapis accretus relegendis ignibus aptus:  
 Sed raro fumat: qui uix succenditur ardet  
 In breue mortales flammæ quod copia nutrit  
 Insula durat uulcani nomine sacra:  
 Pars tamen incendi maior effixit & alto  
 Iactatas recipit classes: portoque tuetur  
 Quæ restat minor est: & diues ubere terra est:  
 Sed non æthneis uires quæ conferat illi,  
 Atque hæc ipsa tamen iam quondam extincta fuisset  
 Ni furtim generet secretis callibus humor  
 Materiam: siluamque suam pressoque canali  
 Huc illuc ageret uentos: & posceret ignes  
 Sed melius res ipsa nota est spectataque ueris  
 Occurrit signis: nec tentat fallere pestem,  
 Nam circa latera: atque imis radicibus æthne  
 Candentes efflant lapides: desiectaque saxa  
 Intereunt uenis manifesto: ut credere possis  
 Pabula: & ardendi cam lapidem esse molarem:  
 Cuius defectus ieiunis colligit ignis,  
 Ille ubi collegit flammæ iacet & simul ictu

Materiam accendit: cogitque liquefcere secum  
 Haud equidem mirum factum quod cernimus extra  
 Si leniter opus restat magis: uritur: illic  
 Sollicitatque magis uicina incendia saxum:  
 Certaque uenturæ præmittit pignora flammæ:  
 Nam simulatque mouet curis turbamque minutus  
 Diffugit extemploque solum trahit ictaque ramis:  
 Et graue sub terra murmur demonstrat: & ignes  
 Tum pauidum fugere: & sacris recedere rebus  
 Parere: & tuo specularis omnia colli:  
 Nam subito efferuent onerosa incendia ruptis  
 Accensæ subeunt moles: truncæque ruinæ  
 Et uolunt: atque astra sonant examina harenæ,  
 Nec recipit flammæ: motus hinc defensus anhelat  
 Atque appetit se hostis: decrescit spiritus illic,  
 Haud aliter quam cum læto deuicta trophæo  
 Prona iacet campis acies: & castra sub ipsa  
 Tum si quis lapidum summo pertabit igni  
 Asperio sospita est: & quædam fordida fax est:  
 Qualem purgato cernes discedere ferro,  
 Verum ubi paulatim exiuit sublata caduci  
 Congeries saxi angusto euertice surgunt,  
 Sic ueluti in fornace lapis torretur: & omnis  
 Exiuit penitis uenis subit altius humor  
 Amissis opibus leuis sine pondere pumex  
 Excutitur liquor ille magis seruare: magisque  
 Fluminis in speciem mittis procedere tandem  
 Incipit: & primis dimittit collibus undas  
 Ille paulatim bis sena in milia pergunt  
 Quippe nihil reuocat, curtis nihil ignibus obstat  
 Nulla tenet frustra moles simul omnia purgans  
 Nunc siluas rupeque uorat hæc tela solum que  
 Ipsa adiurat opes: facileque sibi induit annos  
 Quod si forte cauis contatus uasibus hæsit  
 Ut pote inæquales uoluens perpascitur agros  
 Ingeminat fluctus: & flantibus increpat undis  
 Sicut cum curuo rapidum mare cernitur æstu  
 Ac primum tenuis sinu agit ulteriores:  
 Progrediens late diffunditur: & succernens  
 Flumina consistunt ripis ac frigore durat:  
 Paulatimque ignes coeunt ac flammæa messis,  
 Exiuit facies tunc prima: ut quæque rigescit  
 Effumat moles: atque ipso pondere tracta  
 Voluitur ingenti strepitu præcepseque sonanti  
 Cum solido inflexa est pulsantes dissipat ictus,  
 Et quia disclusa est candenti robore fulget,  
 Et micat examen plagis ardentia saxa,  
 Scintillat procul esse fide procul esse ruentes  
 In columi feruore cadunt uerum impetus ignes  
 Si fumant quondam ut ripas traiecerit amnis  
 Vis iunctis quisque fixo demouerit illas  
 Vicenos per sæpe dies: dies iacet obruta moles,  
 Sed frustra certis disponere singula causis  
 Tentamus: si firma manet tibi fabula mendax,  
 Materiam ue credas aliam: furere igne fauillam  
 Plurima proprietate simul concrefcere: sique  
 Commixtum uento flagrare bitumine sulphur  
 Nam post exustam cretam quoque robore fundit  
 Et figulos huic esse fidem de hinc frigoris usu  
 Duritiem reuocare suam: & constringere uenas  
 Sed signum commune leue est atque irrita causa  
 Quæ trepidat: uerum ubi certo pignore constat



Nam uelut arguti naturæ æreus ignis  
Condomitus constat: eademq; & robore saluo  
Vltraq; q̄ possis æris cognoscere portam,  
Haud aliter lapis ille tenet seu forte madentes  
Effluit in flammâs: seu sit securus ab illis  
Conseruatq; notas: nec uultu perdidit ignes,  
Quinetiam extremâ multis color ipse resoluit  
Non odor aut ætas putris: magis ille magisq;  
Vna operis facies: eadem perq; omnia terra est,  
Nec tamen inficior lapides ardescere certos:  
Interius furere accensos: hæc propria uirtus,  
Quin ipsis quædam siculi cognomina saxi  
Imposuere: fricas etiam ipso nomine signant  
Fussiles esse notas: nunq̄ tamen illa liquefcunt  
Quamuis materies foueat succosior intus  
Nec penitus uenæ fuerint commissa molari,  
Quod si quis lapidis miratur fusile robur:  
Cogitet obscuri uerissima dicta libelli  
Et dicet uero mihi insuperabile gigni  
Omnia quæ rarum natura semina iacta:  
Sed nimium hæc mirû densissima corpora sæpe  
Et solido uicina: tamen compescimus igni,  
Non animos æris flammis succumbere cernis?  
Lenitiem plumbi non exiit: ipsaq; ferri  
Materies prædura tamen subuertitur igni,  
Spissaq; suspensis fornacibus aurea saxa  
Exudant precium quendam fortasse profundo  
Incomperta iacent: similisq; obnoxia forte,  
Nec locus ingenio est oculi te iudice uincens,  
Nam lapis ille riget percussus: & ignibus obstat  
Si paruis torrere uelis cæloq; patenti  
Candentem præssumq; agendû fornace coerce  
Nec sufferre potest: nec sæuum durat in hostem,  
Vincitur: & soluit uires captusq; liquefcit,  
Quæ maiora putas autem tormenta moueri  
Poffe manu quæ tanta putas incendia nostris  
Sustentare opibus: tantis fornacibus æthna  
Vritur & sacro nunq̄ nec fertilis igne  
Sed non qui nostro seruet moderatior usu  
Sed cæli propior uel quali Iuppiter ipse  
Armatus flamma est: his uiribus aditus ingens  
Spiritus astrictis elisis faucibus: ut cum  
Fabriles operas rudibus contendere massis  
Festinant ignes quatiunt: follesq; trementes  
Exanimant: pressosq; instigant agmine uentos,  
Hæc operis fama est: sic nobilis utitur æthna,  
Terra foraminibus uires trahit: urget in arcum  
Spiritus: incendit uiuus per maxima saxa,  
Magnificas laudes operosaq; uiscere templa  
Diuitiis hominum aut sacra memorare uetusta  
Traduce materia teris per proxima fati  
Currimus: atq; auidi ueteris mendacia fama  
Eruimus: cunctasq; libet percurrere gentes:  
Nunc iuuat ogygiis circumdata mœnia thebis  
Cernere quod fratres ille impiger ille canoro  
Condere fœlices aliena inter serit æuo:  
Inuitata piis nunc carmina saxa lyraq;  
Nunc gemina ex uno fumantia saxa uapore  
Miramur: septemq; duces raptumq; profundo  
Detinet eurotas illic: & sparsa lycurgi:  
Et facer in bellum numerus sua turba recenti,  
Nunc hic cecropiæ uariis spectantur athenæ  
Carminibus: gaudentq; sui uictrix minerua,

Excidit hic reduci quondam tibi perfide theseu  
Candida sollicito permittere uela parenti  
Tu quoq; athenarum carmentam nobile fidus  
Erigone sedes uestra amphiona canoris  
Euocat in filuis: & tu soror hospita tectis  
Acciperis: solis fereus ferus exultat agris,  
Miramur troiæ cineres: & flebile uictis  
Pergamon extinctosq; suos phrygas hecтора puū  
Cōspicimus magni tumulū ducis hic: & achilles  
Impiger: & uictus magni iacet hecторis ultos:  
Quin etiam graia fixas timuere tabellas:  
Signa quæ nunc paphiæ rorantes parte capillos  
Sub cruce nunc parui ludentes colchide nati  
Nunc tristes circa subiecta altaria ceruæ  
Velatusq; pater: nunc gloria uiua minoris  
Quin etiam illa manus operū turbæq; morantē  
Hæc uisenda puta terræ dubiusq; marisq;  
Artificis naturæ ingens opus aspice: nulla  
Cum tanta humanis phœbus spectacula cernes  
Præcipueq; uigil feruens cum sirius ardens  
Insequitur miranda tamen sua fabula montem  
Nec minus ille pio q̄q; fors nobilis ignis  
Nam quando ruptis excanduit æthna cauernis,  
Et uelut euerfis penitus fornacibus ignes  
Et uecta in longum rapidis feruoribus unda:  
Haud aliter sæuo q̄ cum Ioue fulgurat æther:  
Et nitidum obscura cœlum caligine torquet:  
Ardebant aruis segetes: & milia cultu  
Iugera cum dominis: siluæ collesq; uirentes  
Vix dum castra putant hostē nouisse tremebant  
Et iam finitima portas euascerat urbis  
Tum uero ut cuiq; est animus uiresq; rapinæ  
Tutari conantur opes: gemit ille sub auro,  
Colligit ille arma: & stulta ceruice reponit:  
Defunctumq; raptis illum sua carmina tardant,  
Hic uelox nimium properat sub pōdere pauper  
Et quod cuiq; fuit cari fugit ipse sub illo  
Sed non incolumis dominum sua p̄da secuta est,  
Cunctantes uorat ignis: & undiq; torret auaros,  
Consequitur fugisse ratos & præmia captis  
Increpat: ac nullis parsura incendia pascunt,  
Vel salis parsura dies: namq; optima proles  
Amphion paterq; pari sub munere fortes,  
Cum iam uicinis streperent incendia tectis  
Aspiciunt pigrumq; patrem matremq; senemq;  
Heu defestos: posuissent limine membra,  
Parcite auara manus dicens attollere prædas  
Illis diuitiæ solæ materq; paterq;  
Hanc rapies prædam mediumq; exire per ignē  
Ipso dante fidem properato maxima rerum:  
Et merito pietas homini tutissima uirtus,  
Erubuere pios luuenes attingere flammæ,  
Et quæcunq; ferunt illi uestigia cedunt,  
Fœlix illa dies: illa innoxia terræ,  
Dextera sæua tenent leuaq; incendia feruent,  
Ille per obliquos signis fratremq; triumphans  
Tutus uterq; pio sub pondere sufficit illam  
Et circa geminos auidus sibi temperat ignis,  
Incolumes abeunt tandem: & sua numina secū  
Salua ferunt, illos mirantur carmina uatum  
Ille se posuit claro sub nomine ditis,  
Nec sanctos luuenes attingunt sordida fata  
Sed iure cessere domus: & iura priorum,





**I**T si me uario iactatum laudis amore:

Irritaque expertum fallacis præmia uulgi

Cecropius suaues: expirans hortulus auras  
Florentes uiridis sophiæ complectit' umbras:  
Tu mea quæret eo dignū sibi querere carmen  
Longe aliud studium aliosq; accincta labores  
Altius ad magni suspendit sydera mundi  
E placitū multis causa est ascendere collem:

Non tamen absistam cœptū detexere munus  
In quo: iure meas utinam requiescere musas:  
Et leuiter blandum liceat deponere morem.

Quod si mirificum genus omnes  
Mirificum sæcli modo sit tibi uelle libido  
Si me iam summa sapientia pangeret arte

Quattuor antiq; heredibus est data consors  
Vnda hominum errore lōge lateq; per orbem  
Despicere: atq; hūiles possum contēnere curas  
Non ego te talem uenerar' munere tali:

Non equidem quāuis interdum ludere nobis  
Et glacilé molli liceat pede claudere uersum.  
Sed magno intexens si fas est dicere peplo

Qualis erichtheis olim portatur athenis:  
Debita cum castæ soluuntur dona mineruæ:  
Tardaue confecto redeūt quinquennia lustro

Cum leuis alterno zephyrus cōcrebuit euro:  
Et prono grauidū prouexit pondere cursum  
Fœlix ille dies fœlix dicitur annus:

Fœlices qui talem annum uidere: diqm;:  
Ergo palladiæ texuntur in ordine pugnae.  
Magna giganteis ornatur pepla trophæis.

Horrida sanguineo pinguntur prælia succo:  
Additur arata delectus cuspide typho:  
Qui prius osæis consternens æthera saxis

Aemathio censum duplicabat uertice olympū  
Tale deæ uelū solemnī in tempore portam  
Tali te uellem iuuenum doctissime ritu

Purpureos inter soles: & candida lunæ  
Sydera cæruleis orbem pulsantia signis  
Maturæ rerum magnis intexere chartis:

Aeternū sophiæ coniunctum carmine nomen  
Nostra tuæ senibus loqueretur pagina sæclis  
Sed quoniā ad tāt' nūc primū nascimur artes

Nūc primū teneros firmamus robore neruos.



**E**T si me uario: opusculū hoc Vir. ad Messalam dirigit: q; Augusti tēpore magnis in rebus: & præsertim militaribus exercabatur eratq; præterea orator non indignus & poeta. cupiebat igitur malo beniuolentissimum illum sibi efficere: cūq; nonnulla ad Mecœnatem & octauū scripsisset: Cyrim ad ipsum Messalam direxit: in quo libro ostendit famæ atq; gloriæ gratia semper se fuisse accensum librosq; græcos nō solū poeticos uerum philosophicos euoluisset. Nunc quoq; nec ipsam poeticam relinquere affirmat laudis eiusdem gratia: ideoq; nō immerito cyrim opus appellat: nam cyriso pconizo est & cyris præconiū: licet auem quandam esse uideatur: Virgi. ostendere sophiæ philosophiæ. Fallacis: inconstantis. Nec ea: scilicet philosophia Eo uulgo. Aliosq; poeticos: nam tunc dabat operam philosophiæ: nunc intendit dare operam carminibus. Collem: locum difficilem. Absistam: desistam. Munus: poeticum. In quo: munere poetico. Morē: scribendi. Omnes: artes uel musæ. Pangeret: cantaret. Consors: scilicet philosophia est data heredibus Pythagoram hoc loco Platonem Epicurum & Aristotelem intellexerit: qui p̄cipue de Philosophia bene meriti fuerunt at scripserunt. Vnde ex qua philosophia: quasi dicat: possum per philosophiam rephendere mores hominum: ea. nos impellit ad bene beateq; uiuendum. Humiles: terrestres curas & diuina considerare atq; cœlestia. Peplum: uelū appellamus quo maxime uestales utebantur: sed etiam dicit' infigne ex serico factum in quo depingitur aliquid: aut scribit': ut populo appetere consueuit. Qualis: uersus. Erychtheis: q; Erychtheus fuit rex atheniensibus: ac nomen imposuit suū ipsa. n. athena dicebat. Quinq; tria: sacra singulis quinq; annis fiebat & p̄sertim in qnq; diebus: uñ qnquatria Mineruæ appellata sunt. Zephyrus: describit tps̄ i quo fiebat sacra Mineruæ uidelicet in reditu Zephiri in primo uere. Texunt': in peplo pugnae: palladiæ gesta contra gigantes. Succo: colore rubro. Typho: additur etiā typho in peplo: qui etiā fuit unus ex gigantibus dux p̄cipuus. Osæis: ossæ mōtis. Aemathio uertice: i. pelio mōte thessaliæ: nam æmathia thessalia dicit' a rege post deucalionem. Dea: palladi solenni: in festis qnquatriis. Doctissime: o Messala poetā sicut ostendit Tribulus. in carmine Te Messala canā. Intexere: depinge. Naturæ: inter naturales. Senib': futuris ætatibus. Nascimur: icipimus. Rebus: gestis. Impia scylla: nūc pponit qd sit dicturus Scylla nisi filia Minois amore capta: patrem suum p̄didit crinēq; aureū quo durate fatū erat ut regnū sibi p̄petuū esset subsecuit sed tandē spreto a Minoe quū nauigaret in auē fert' cōuersa: sed infra latius declarabimus. Cæruleis: nigrescentibus. Vrbe: Megarensi. Nisus. n. pater regnabat megara: q; diruta fuit a Minoe. Amant: illā scyllam: nā crebro scribūt de scylla. Polimnia: musa. Scyllæū: monstrū uocatur: sed nota uarias esse opiniones: quidā dicūt Scyllam: nisi in quo monstrum siue saxum scylleum cōuersum: alii dicunt Phorci & creteidos filiam spreto Tritone adamasse neptunnū ex quo Tritō iratus acceptis a Circe uenenis locū maris in quo scylla laua'



re se confueuerat infecit: quem cum intrasset puella  
mox mutata est in monstrum: & esse inguina canes  
uidebantur latrantes hero secundū quosdam huius  
formam, Virgiliū tertii aenei, describit dicens prima  
hominis facies: & pulcro pectore uirgo Pubetenus:  
postrema immani corpore pistrinx Delphinum cau/  
das utero commissa luporum: Homerus quoq; pe/  
des, xii. habuisse & colla sex caputq; in singulis terri/  
bile e nauiq; auferre hominum corpora solitam si/  
cut sex accepit e nauī Vlyxis quidam dicunt ab am/  
phitrite mare fuisse infectū irato Scyllā a mari a Ne/  
ptunno, Quid, uero asserit amatam a Glauco quem  
cum circe ad suum amorē diuertere nequiret: Vene/  
nis suis mare infecit dicebat enim Glauco prius in  
mari frondes nascituras: & montibus algas quae in  
littoribus nascunt q̄ obliuisci scyllae possit amoris  
q; autē hic poeta scyllaeum saxum dicit tāgit hysto/  
riam: nā teste Solino saxum est in mari siculo plures  
sub se habens resectos scopulos: & cum fluctus ma/  
ris ingreditur latratū canum representat, Erum/  
nis: calamitatibus Vlyxis, Dulichium: oppi, Vlyxis  
in regno laertis eadē fere carmina in Bucolicis sunt,  
Meonia: Home, qui dicit filiam fuisse Phorci nō  
Nisi, Vulgo: ubiq; Colophonico: quoniam Ho/  
merus Colophonis suis habet: quae urbs est mece/  
nia: ubi Appollo maxime celebrat: & etiam ab op/  
pido clarius appellatur, Cratim: quia ut diximus  
phorci: & Crateidos nymphae filia fuit, Erictaei: Nā  
quidam dicunt ipsam Erictaei filiam Regis: atheniē  
siū, Nonnulli Athidos filiam: quae filia Crania fuit  
qui etiam athenis teste Strabone imperauit, Neut/  
tra: Nec Cretis nec Athis toto carmine est libido Ve/  
neris in Scyllam, Exactis: ductis Venenis, Pater:  
neptūnus, Amphitrites: uxor fuit neptūni, Tru/  
cem: tempestuosum, Sanguine: quoniam fecit illā  
scyllam mutari in monstrum sparso prius eius san/  
guine, Quae stu: lucro: Nam ob praedā amātū fuit  
conuersa in monstrum, Vallata: circūdata, Numen:  
qui quādo numina: mari ibant uolebat ea de/  
fraudare, Edictā ueneri: Venus enim affecit, Scyl/  
lam hac pena quoniam spoliabat amantes: cum gra/  
tis eis seruire debuisset, Pachinnus: promontoriū  
sicillae, Palepaphiae: Veneris, Quicquid: oīa sunt  
ibi quae decantata sunt a poetis, Notescere: claram  
feri, Diua: Venus, Meditāti: Nam scylla semper  
meditabatur decipere amantes, Crocus: calta: nar/  
cifus hyacinthus flores, Pandionis: pandion enim  
rex fuit athenarū: & pater Nisi qui habuit filiā Scyl/  
lam, Atheos: athenienses, Tensa: Vrbs in pelopō/  
neso est plurali tantum numero declinata sicut ar/  
thassata non longe est a pilo, Latex: aqua, Quarum:  
concharum, Attei: ipsius Athis, Deus phoe/  
Hoc dicit propter nympham Alchatoem Megarē/  
sem quae ab Appolline amata fuit: & quae dedit no/  
men cuidam Arci Megarensium: in quam ipsa scyl/  
la ascēdere cōsueuerat: ut spectaret littora maris: Di/  
citurq; Appollo in ipsius arcis moenibus cytharam  
se condidisse acceptā a Mercurio Cyllenio ab cille/  
ne monte arcadiae dicto, Quo circa quotiens Arcis  
lapides mouebant: sonitum reddebat cythara: Vn/  
de modulandi rationē accepisse mortales, lib. viii, re/  
fert Regia turris, e, uo, a, m, In quibus auratam pro/

Nec tamē interea q̄ possumus: in quibus aui  
Prima rudimenta: & primos exigimus annos  
Accipe dona meo multum uigilata labore:  
Et promissa tuis non magna exordia rebus  
Impia prodigiis ut quondam exercuit amplis  
Scylla nouos auium sublimis in aere cœtus  
Viderit: & tenui consendens sydera penna  
Ceruleis sua tecta super uolita uerit alis.  
Hac pro purpureo pœnam scælerata capillo:  
Proq; patris soluens excisa funditus urbe:  
Cum plures illam & magni messala poetæ  
Nam uerum fateamur: amat: polymnia uerū  
Longe alia perhibent mutata membra figura  
Scyllaeum monstra in saxum conuersa uocari  
Illam esse erumnis quam saepe legamus Vlyxi  
Candida succinctā latrātib; inguina mōstris  
Dulichias uexasse rates: & gurgite in alto  
Deprensos nautas canibus lacerasse marinis.  
Sed neq; mœnia hæc patiuntē credere chartæ  
Nec malus istorum dubiis erroribus auctor.  
Namq; alias alii uulgo finxere puellas:  
Quae colophonico scyllae dicuntur homero  
Iple gratinei matrem sed siue erichthei:  
Siue illam monstro genuit gradaeua biformi:  
Siue est neutra parēs: atq; hoc in carmine toto  
Inguinis id uicium ueneris descripta libido  
Siue etiam exactis speciem mutata ueneris  
Infelix uirgo: quid enim commiserat illa:  
Ipse pater timidam saeua complexus harena  
Coniugium carae uiolauerat amphitrites.  
At tamen exegit longo post tempore pœnas:  
Ut cum cura luæ ueheretur coniugis alto  
Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum.  
Seu uero: ut perhibent: forma conuinceret oēs:  
Et cupidos quæstu passim spoliaret amantes  
Piscibus & canibus rabidis uallata repente est.  
Horribiles circum uidit sibi sistere formas.  
Heu quotiens mirata nouos expaluit artus  
Ipsa suos: quotiens heu pertimuisse latratus  
Aula quod est mulier numen fraudare deoz  
Edictam ueneri uotorum uertere pœnam:  
Quā mala multiplici iuuenū qd̄ septa caterua  
Dixerat, atq; aīo meretrix iactata serarum  
Infamem tali meritorum more fuisse  
Docta palepaphiae testatur uoce pachinnus.  
Quicquid & ut quisquis tali de clade locutus



Omnia sunt: potius liceat notescere crini:  
 Atque unam ex multis scyllam non esse puellis:  
 Quare & quæ cantus meditantem mittere certos  
 Magna nimis cupidis tribuisti præmia diua:  
 Pierides quarum custos altaria postes  
 Munere sæpe meo ificiunt foribusque hyacinthi.  
 Deponunt flores: aut suaue rubens narcissus:  
 Aut crocus coniungens lilia calta:  
 Sparsaque liminibus floret rosa: nunc age diua  
 Præcipue nostro nunc aspirate labori:  
 Atque nouum æterno prætexite honore uolumen.  
 Sunt pandionis uicinæ sedibus urbes  
 Actæos inter coles & candida thesæi  
 Rurpureis late ridentia littora conchis.  
 Quarum non ulli fama concedere digna  
 Stat megara attæi quondam mutata labore  
 Archadio phœboque decus: namque affuit illi  
 Vnde etiam citharæ uoces imitatur acutas.  
 Sæpe lapis recrepat cylleniam munera pulsus:  
 Ut ueterem sonitu phœbi testatur honorem  
 Hanc urbem ante alios quæ tunc florebat in armis  
 Fecerat infestam populator remige minos:  
 Hospitioque seni fuit hypolidosaque uictio  
 Carpathium fugiens & flumina ceratea  
 Texerat hunc bello repetens cortiniam heros  
 Attica crataea sternebat rura sagitta:  
 Sed neque tunc ciues: neque tunc rex ipse ueretur  
 Infesto ad muros uolitanti ex agmine turmas  
 Ducere: & indomita uirtute retundere mentes  
 Respõsum quoniam satis est meminisse deorum  
 Nam capite a summo regis (mirabile dictum)  
 Candida cæsaries: florebant tempora lauro  
 Et rosæus medio fulgebat uertice crinis  
 Cuiusque seruata diu natura fuisset  
 Tam patriam incolumen nisi regnumque futurum  
 Concordes stabili firmarunt numine parca.  
 Ergo omnis cano residebat cura capillo.  
 Aurea solempni comptum quoque fibula ritu  
 Corfellæ tereti nectebat dente cicadæ.  
 Nec uero hæc uobis custodia uana fuisset:  
 Nec fuerat nisi scylla nouo concepta furore:  
 Scylla prius miseri patriæque inuenta sepulchrum  
 Omnium cupidis si non inhiasset ocellis.  
 Sed malus ille puer quem nec sua flectere mater  
 Iratum potuit: quem nec pater: atque auus idem  
 Iuppiter, ille etiam pœnos domitare leones:

les latonia fertur Deposuisse lyram saxo sonus eius  
 in hæsit Sæpe illuc solita est ascendere filia nisi: Et pe  
 tere exiguo resonantia saxa capillo: quod idem hoc  
 loco poeta commemorat. Hanc urbem ante al. tan  
 git quemadmodum. Minos uenit contra megaram.  
 Remige bello: nauali Hyppolydosa: ab equis feri  
 da dicitur componiturque ab hippos quod est equus: &  
 lydosa quasi lidora: id est fetida: & maledica. Interdum  
 hippolydosa igitur erat megara propter mortes. Car  
 pathium: carphatos insula est Rhodiorum: & oppi  
 in creta: sed ab insula carpathium mare est appellatum.  
 Cerathus: fluuius cretæ apud gnosum ciuitatem.  
 Heros: minos attica rura: athenas sagitta cretea ga  
 in creta: & præcipue apud gnosum sagittis aptissimi  
 calami nascuntur. Respõsum: reddit causam quia  
 Nisus non timebat bellum: & pugni Minois: & hoc  
 propter crinem fatalem quo durante non poterant  
 mœnia urbis deuastari. Fibula: nectebat crinem ni  
 si. Corfellæ: ex ebore facta, corfellæ in africa oppi  
 est ubi sunt elephantes inde corsellæ eburnæ. Fu  
 rore: amore minois quia scylla patri: Niso: & patriæ  
 ruina fuit. Malus puer: nunc damnat cupidinem:  
 quia fuit causa tanti mali. Auus idem: qui ex Vene  
 re natus: quæ erat filia Iouis: licet plures cupidines  
 enarrarentur: alius enim ex Mercurio: & Diana: &  
 alius ex Marte. Ille: etiam nunc docet potentiam cu  
 pidinis. Magnum: est dicendum de superis: scilicet  
 Iunonis puer enim Iuuenem furentem fecit. Ipsa  
 inscia: Scylla. Dea: Iunonis. Suspensam: penden  
 tem: quia quando mulier incedit habet uestem la  
 xam: quæ uidetur ludere. Ignis: amor pallentis: sic  
 in Bucolicis. Pallenti cedit oliuæ. Pila: nesciebat  
 ludere pila: quemadmodum puellæ furentes solent.  
 Diua: Iunonis quia mulieres colebant per quam  
 etiam iurabant Iuue, per Iunonem iurante ministro.  
 Adolescentum: qui ex minimis dictis patiuntur in  
 iuriam. Fortia tela: qualibus: Hercules tyrinthius  
 fuit: & usus Thyrius in peloponneso urbs insignis  
 mœnibus fuit: & quidam dixerunt coli ibidem cupi  
 dinem. Virginis: scyllæ. Bistonis: est lacus in thra  
 cia iuxta quæ ex buxo tibiam inuenerunt qua phry  
 gii usi sunt. Antistira: sacerdotissa. Sitonum: siton  
 ciuitas est thraciæ: unde sithones populi thraciæ.  
 Storacæ: storax: genus arboris ex qua odoriferum  
 fiebat unguentum: & quo capillos aspergebant. Bac  
 cata: gemmis ornata. Coeli: simulabat se uidere sy  
 dera cœli: & speculari: Sed solum faciebat: ut posset  
 spectare regem Minoem amatum. Psaltaria: genus  
 instrumenti musici. Libico: eburneo. Rubor: quia  
 pallentes sunt amantes: lege Ouidi, in amoribus.  
 Præceps: sine respectu salutis. Ostro: uestis ex  
 ostro in quo mitteret hosti nunc paternum crinem.  
 Rapto: capillo Nisi patris. Quis bonus: poeta ex  
 cusat puellam: quod quisque iudex optimus existima  
 ret puellam non rapuisse crinem paternum dedita  
 opera: sed potius ex ignorantia: & casu quodam.  
 Celeres: aues ueloces. Humani: quia ex humano  
 corpore factæ sunt aues. Dauliades progne: & phi  
 lomela quæ fuerunt de daulia oppido thraciæ caris  
 sima scylla: cognatos quia nisus pater scyllæ frater erat  
 philomellæ: & prognes ex pandione parente rege  
 athenarum. Cyris: id est scylla quæ Cyris etiã de



nominata est: quia capillū patris secuit. **Cyris** enim  
 græcæ etiam tondeo significat. Itq; uana ab aucto-  
 ribus denominatio ipsius declaratur. **Præuertite:**  
 ite ante omnes nubes. **Calcheus:** chalcis oppidum  
 est lochorum: & in euboëa est: sed non propterea ni-  
 sus megarensium rex chalcheius nominatus est: sed  
 potius ab aureo capillo: nam calchos æs & Metallū  
 significat. **Iamq; adeo:** describit tempus quo scylla  
 rapuit crinem: Niso parēti: nam incassum. **Primis**  
 pedibus: idest punctis pedū ut ita dicā. **Furta rapien-**  
**do crinem.** **Altum:** alte. **Mundi:** quieti & fereni.  
**Charme:** puella filia cuiusdam ogygiū: idest theba-  
 ni. **Phœnicis:** hic est nomen propriū cuiusdam ce-  
 ferani. **Charme:** nutritrix ipsius scyllæ. **Alūna:** uer-  
 ba charmes ad scyllam eius alumna. **Pote:** potens.  
**Quod:** idest sed. **Rhamnusia:** dea indignationis  
 dicitur: & nemesis a quibusdam nominatur rhamnu-  
 sia a rhamni op. de quo Lu. in euboia denominata  
 est: in qua etiam ciuitate fortuna colebatur Luca. Et  
 timidis infesta colit qua numina rhamnisi: & Ouid.  
 Exiget ad diras ultrix rhamnusia poenas: pprie enim  
 ait contra siphos eius deæ ut Plinius ait in capitolio si-  
 mulachrum erat: & neq; ipsius latinum nomen ha-  
 betur. Itaq; male quidam pro fortūa interpretatur.  
**Pocula:** nec uenisti ad bibendum nec comedendū  
 dum. **Flumina cursus:** talis sensus est in Bucoli. Et  
 mutata suos requierūt flumina cursus. **Myrra:** cy-  
 nare cypriorum regis filia quæ parentis concubitū  
 affectauit: ex quo Adonis natus traditur: Adrastea  
 ipsa Rhamnusia uel nemesis dicta quia circa cir-  
 cū Adrastus rex illi templum condidisse proditur.  
**Amatuntia:** appellatur ab amatunte insula in ma-  
 ri ægæo: q̄ ueneri sacra fuit. Facit ergo deriuatiuum  
 amatus amatuntius a um: amatūteus a um. **Amatū-**  
**tia scylla:** tam rudis es o Scylla quod unico signo  
 possum cognoscere furores tuos ergo non est quod  
 te iactes: idest mihi aliquid dicas de amore tuo. **Di-**  
**ctynna:** Diana a creten denominata est quia uirgo  
 quædam cretensi suam uirginitatem Dianæ dicās:  
 a Minoe cum opprimeretur: & fugæ uia nulla dare-  
 tur: in mare se præcipitē dedit postea eius cadauer  
 rhete cōpertum fuit quod græcæ dictiō dicitur: sed  
 cum patria peste laboraret: responsum habuerunt  
 a Diana ædem consecraret: quod ipsi facientes Dia-  
 nam ipsam dictynnam uocauerunt: unde Tibullus  
 Perq; suas impune sinit Dictynna sagittas. **Scoria:**  
 scoriam metallorum squammam: & purgationem  
 denominant. **Scoria:** idest cura & ingēti passione.  
**Marmoreum:** album Illa autem responsio scyllæ.  
**Consueto:** quo mortales uti solent: sed potius de  
 uino Cordi: non sum capta amore paterno. **Heu**  
**heu:** quoniam amor meus est in medijs hostibus.  
 Non dicere non sint omnia permittit dicere: & ape-  
 rire tibi. **Pater deum:** Iuppiter donauit sceptri ho-  
 nore quia fecit ipsum regem. **Hauustum:** potum a  
 me quia gustauit: & bibi lac tuū. **Incisa remota:** q̄ si  
 dicat: si nulla habetur spes. **Peperissem lethū:** mor-  
 tua essem. **Turpauit crinem:** audita oratione Scyl-  
 læ illico charme crines terra maculauit. **Seruitiū**  
**tuū:** o minos. **Quæ** supple dat senioribus. **Quid**  
**ego:** supple dico hæc omnia. **Britomartis:** uirgo il-  
 la dicta fuit quam Minos: ut uirginitate spoliaret

Et ualidas docuit uictas mansuescere tigres:  
 Ille etiam diuos homines: sed dicere magnū est  
 Idem cum superis acuebat paruulus iras.  
 Iunonis magnæ (cuius periuria diuæ:  
 Olim se meminisse diu periura puella:  
 Non ulli liceat uiolauerat inscia sedem  
 Dum sacris operata deæ lasciuit: & extra  
 Procedit longe matrum comitumq; cateruam  
 Suspensam gaudens in corpore ludere uestē:  
 Et tumidos agitante sinus aquilone relaxans:  
 Nec dum etiā castos agitauerat ignis honores  
 Nec dum solenni lympha perfusa sacerdos  
 Pallentis foliis caput exornarat oliuæ  
 Cum lapsa e manibus fugit pila: cunq; relaxæ  
 Procurrit uirgo quo uti ne prodita ludo  
 Aurea iam gracili soluisset corpore palla:  
 Omnia quæ retinere gradū cursumq; morari  
 Possent: o tecum uellem tua semper haberes  
 Non nunquam uiolata manu sacraria: diuæ  
 Iurando infelix nequicquam iura piasses:  
 Et si quis nocuisse tibi periuria credat  
 Causa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.  
 At leuis ille deus cui semper adolescentum  
 Quæritur ex omni uerborum iniuria dicto.  
 Aurea fulgenti depromens tela pharetra  
 Heu nimium tereti: nimium tiryntia iussu  
 Virginis interea defixerat omnia mente.  
 Quæ semel ac uenis hausit sitientibus ignem:  
 Et ualidum penitus concepit in ossa furorem:  
 Sæua uelut gelidi sithonum bistonis hores  
 Icta ue barbarico cybeles antistita buxo:  
 Infelix uirgo tota bacchatur in urbe  
 Non storace ideo flagrantes picta capillos  
 Cognita nō teneris pedibus: sic omnia seruans  
 Non niueo retinens bacchata monilia collo  
 Multum illi incerto trepidant uestigia cursu.  
 Sæpe redit patrios ascendere prodita muros:  
 Aereasq; facit causam se uisere turres.  
 Sæpe etiam tristes uoluens in nocte quærelas  
 Sedibus ex altis cœli speculatur amorem:  
 Castraq; prospectat crebris lucentia flammis:  
 Nulla colum mouit carū nec respici aurum:  
 Non arguta sonant: tenui psalteria chorda.  
 Non libyco molles plauduntur pectine tela:  
 Nullus i ore rubor: ubi. n. rubor obstat amori:  
 Atq; ubi nulla malis reperit solatia tantis



Turbidulamq; uidet labi per uiscera mortem.  
 Quo uocat ire dolor: subigunt quo tēdere fata  
 Fertur: & horribili preces impellitur ostro.  
 Ut patris ah demens crinem de uertice ferret  
 Furtim: atq; arguto dentosum mitteret hosti.  
 Nanq; hæc conditio raptori opponitur una  
 Siue illa ignorans quis nō bonus omnia malit  
 Credere: quam tanti sceleris damnare puellā?  
 Heu tñ infelix: quid, n. imprudentia prodest?  
 Nise pater cum quo rapta crudeliter urbe  
 Vix erat una super sedes in turribus altis  
 Fessus ubi extracto possis conscendere nido.  
 Tu quoq; auis moriere: dabit tibi filia pœnas:  
 Gaudete o celeres subnixæ nubibus altis:  
 Quæ mare q̄ uirides syluas lucosq; sonantes  
 Incolitis: gaudete uagæ blandæq; uolucres  
 Utq; adeo humani mutatæ corporis artus  
 Vix o crudelis fatorum lege puellæ  
 Dauliades crudele uenit carissima uobis  
 Cognatos augens reges numerumq; suorum  
 Cyris & ipse pater uos o pulcherrima quondā  
 Corporea cæruleas puerite in æthera nubes:  
 Qua nouus ad superū sedes calcheius: & qua  
 Candida concessos ascendat cyris honores,  
 Iamq; adeo dulci deuinctus lumina somno  
 Nisus erat: uigilumq; procul custodia primis  
 Excubias foribus studio iactabat inani:  
 Cur furtim tacito descendens scylla cubili  
 Auribus arrectis nocturna silentia tentat:  
 Et primum tenuem singultibus aera captat:  
 Tum suspensa leuans digitis uestigia primis  
 Egreditur: ferroq; manus armata bidenti  
 Euolat: ac demptæ subitam in formidine uires  
 Cæruleas sua furta prius testatur ad umbras:  
 Nam qua se ad patrium tendebat semita limē  
 Vestibulo in thalami paulū remorat: & altū  
 Suspicit ad cœli nutantia sydera mundi:  
 Non accepta piis promittens munera diuis:  
 Quam simul ogygii phœnicis filia charmæ  
 Surgere sensit anus: sonitum nam fecerat illi  
 Marmoreo æratus stridens in limine cardo:  
 Corripit extemplo fessa languore puellam:  
 Et simul o nobis sacrum caput inquit alumno  
 Non tibi nequicq; uiridis per uiscera pallor  
 Aegroto tenuis suffudit sanguine uenas,  
 Nec leuis hoc faceret neq; n. pote cura subegit

persequēbat, Naupacto, Liuius ciuitatem ætholiæ  
 fuisse ostēdit in bello macedonico ubi meleager uer  
 sabatur sagittis in uenatibus utens, ¶ Cornu: ergo  
 naupacto: id est arcu quali naupactoi utebant, ¶ Di  
 ctæus: a dictæ nympha uela dictæ monte cræteo,  
 ¶ Obnyxe: certatim: & magno conatu, ¶ Phoræ: a lo  
 co: id est uirginis phoræ alii poete, ¶ Tuo nomine:  
 tua causa, ¶ Hyrcanos: hyrcania armenia sylua in  
 qua serpentes abundant, Vnde comites hyrcanos, i  
 sæuos, ¶ Negaur: mori pro te quis nature cursus pro  
 pe esset, ¶ Coritus: ciuitas ciciliæ croci abundantissi  
 ma: & quidem suauis, ¶ Flamea: uela tenuissima q̄  
 bus uirgines sponsæ quum ad maritum ducebant  
 uterentur tegēdi pudoris gratia, Vnde Claudianus  
 flāmea sollicitum præuellatura pudorem, ¶ Lege: fa  
 tali scilicet, ¶ Ilythiæ: Ilythia Diana est appellata: q̄  
 dea syluarum est: Illi enim sylua est: & theadea: unde  
 Ilythea syluarum dea, ¶ Molli: lasciuia, ¶ Poteris: po  
 test fieri, ¶ Quid, n. q. d. omnia poteris aput paretem  
 ruum cū sis unica, ¶ Referto: narrabis patri, ¶ Futu  
 ros habebis: & me: & deos hominesq; fauētes, ¶ Vir  
 ginis: scyllæ, ¶ Bibulum: quia lumen bibit oleum:  
 id est ardendo consumit, Oera mons inter macedo  
 niam & thessaliam: in quo primus solis ortus græ  
 cis apparet, ¶ Optant: fugiunt: quia puellæ fugiunt:  
 & cupiūt uideri: ut in Bucō, Et fugit ad salices: & se  
 cupit ante uideri, ¶ Patriæ aures: cohortabantur pa  
 trem ad pacem cum Minoe, ¶ Incepto: uel uirgineo:  
 quia uirgines nesciunt loqui uel incepto propter fu  
 rorem: ut Vir, Incipit affari mediq; in uoce resistit,  
 ¶ Mendacia: omnia dicebāt: & simulabant patri: ut  
 fieret pax, ¶ Vates: scylla corrupit uates: ut dicerent  
 faciendam pacem cum Minoe, ¶ Extis: animalium,  
 ¶ Ancipites: dubias, ¶ Ter nouena, xxvii, fila: ut i Bu  
 coli, Ter litiā, ¶ Generata: scylla filia, ¶ Idæis: troiāis  
 faciebant enim sacra Ioui nunq̄ cognita troianis: &  
 græcis, ¶ Talum: herbam uerbenā, ¶ Amicleo: id est  
 spartano amyclæ enim ē ciuitas sparthæ, ¶ Iolchia  
 cis: qualibus usa est Medea in iolcho quæ est ciuitas  
 thessaliæ ubi regnum erat Pelia: & Aesonis patris  
 ipsius Iasonis: qui ad iuuentam euocatus fuit Auxi  
 lio Medæe erant præterea ueneficæ multæ in The  
 ssalia: & herbæ ueneficiis: aptissimæ, ¶ Stabulis: id est  
 ab aula sua nam stabulū apud antiquos erat prior:  
 & præstantior pars domus, ¶ Tondere: secare, ¶ Re  
 uehi: reduci, ¶ Coma: capillus aureus, ¶ Ostro sydo  
 nio, n. purpureo nam sydon ciuitas ubi nascitur mu  
 rex: ex cuius sanguine tingitur ostrū, ¶ Glaucō: uiri  
 di, ¶ Matre: Ino, ¶ Palæmon: Learcus nota est fabula  
 apud Ouidium in fastis, ¶ Chara Iouis soboles: de  
 Polluce & Castore intelligit, ¶ Has adeo uoces: con  
 cludit quemadmodū ipsa scylla conquesta fuerat:  
 & de Minoe: quod non merita secundū spem suam  
 fuisset consecuta, ¶ Lumina: oculos, ¶ Arcebant: cō  
 stat, n. posteaq; parēt Scylla prodidit: & ad Minoe ue  
 nit sperans cōnubio ipsius iungi ad prorā nauis su  
 spendi iussa, ¶ Quāq; nil testibus illis: eadē uerba fer  
 me sunt in Bucō, ¶ Mātina: i. thracia: nā mātinæ po  
 puli thraciæ sunt: q̄bus imperauit There? Prognēs  
 maritus, ¶ Cognato sanguine: q̄a sum filia Nisi fra  
 tris philomelæ: & prognēs q̄ fuit uxor terei, ¶ Pollē  
 tis: i. plēdentis imperio, ¶ Vincit: ligata ad prā nauis



Vetum est: o Minos quod prodidisti patriam quod sum digna tali supplicio. Quorum direptis: quasi dicat: ego existimaui eos ulturos iniuriam a me patriam illatam. Ipsi: megarenses. Non te: cui seruiui. Flammam: quia feci incendi omnia templa propter te: plus amaui te quam patrem & regnum paternum. Abstulit: me hæc eadem uerba sunt in Bucos. De Ithiis: non sum rapta diuitiis tuis: nec coralio nec electro. Lachrymoso: quia ex lachrymis: arboris populi defluit. Incensam: inflammatam nullum habui: respectum deorum dummodo te amarem. Pronuba: quia faces pineæ fieri solent quæ accenduntur in nuptiis. Lybis: eburneus: quia in lybia sunt elephantes ex quibus est ebur. Menalias: arcadias. Captiui: omnes captiui in bello mactabantur. Marmorea: alba. Adductis: curuatis. Clafsis minois describit recessum minois a megara. Solos: mari. Isthmos strictura: illa terræ appellatur inter Ionium & Aegeum mare. Luca: Qualiter undas qui secat & geminum medium mare separat isthmus. Nec patitur conferre fretum si terra recedat: Ionium ægeo fræget mare. Cypselidæ: cypsello isthmis & iadæ filio dicti sunt corinthii: Et enim fuerat oraculum primum corynthiorum tyrannum fuisse: cui successit Periander filius: & nomen habuit a mensuræ frumentariæ genere quod Cypsellam nominauit quippe eum querentibus corynthis interficere in mensurâ frumentariâ mater proditur condidisse. Scyronis: scyron in megaræ montibus habitasse traditur: atque appellantes hospites interficere solitum & prædari inde scyronia saxa denominata sunt. Speleum: cepullam significat: sed portus est sub saxo scyronis infestus olim minois: & inde rupes Minoia uocitata. Pyreum: pyreum locum forum atheniensem significat pariter & portum eiusdem nominis fuisse tradunt. Cycladas: insulas in mari ægeo. Strophadæ: similiter insulæ appellatæ sunt a conuersione: quam fecerunt Zætus: & Calais Beroc: & orythiæ filii depulsis hyrpiis a mensis piner: & plothæ antea dicebantur. Hermiona ciuitas est in conspectu maris: ægei. Delos: notissima insula origine phœbei & dianæ. Cynthus: ciuitas. Pharos & donysa: insulæ cycladum clarissimæ marmoribus. Aeginam: seryphum etiam clarissimas insulas non magnitudine sed quod ad eas consueuit damnatus aliquis dimitti: Egonia uero in peloponneso est: ubi eadem est hermione & dicta est teste Ouidia matre Aeaci: ait enim Aeacus aeginam genitricis nomine dixit: est enim in epidauri conspectu. Conuixit nepos. Amphitrite uxor: Neptunium uerum ponitur pro omni mari quod circuit terram: id est oceano. Aliis aeris: quia conuersa est in auem. Anser cygno: qui habuit rem cum læda: sed inde Iuppiter erat. Honos: reuerentiâ oris & formæ suorum quia post illa tempora nunquam petiit oras megarenses. Exigit: præterit ætatem suam in scopulis: & rupibus. Halyetos: de genere aquilarum: quæ tallem habent naturam: ut non proprio generis sui concubitu nascantur: sed ex diuersis aquilis fetus quos noscunt generoso cogendo eos intueri in dies sola res pascunt. Infesti: quia pater nifus est inimicus huic uia. Atrox: pater nifus.

Haud fallor quod te potius rhamnusia fallar.  
Nam qua te causa nec dulcis pocula bacchi  
Nec grauidos cereris dicam contingere fetus.  
Qua causa ad patrium solam uigilare cubile  
Tempore quo fessas mortalia pectora curas:  
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus.  
Dic age nunc miseræ saltem quod sæpe petenti  
Iurabas nihil esse mihi cum mœsta parentis  
Formosos circum uirgo remorere capillos.  
Hei mihi ne furor ille tuos inuasit artus  
Ille arabis myrrhæ quondam qui cepit ocellos  
Ut scelere infando quod nec sinit: adrastea  
Lædere utrunque uno studeas errore parentem  
Quod si alio quouis animo iactaris amore  
Nam te iactari non est amatuntia nostra  
Tam rudis ut nullo possim cognoscere signo.  
Sin confessus amor noto te macerat igne.  
Per tibi dictynnae præsentia numina iuro  
Prima deum dulcem mihi quæ donat alumna  
Oia quæ potius digna atque indigna laturam  
Milia uisuram quam te tam tristibus istis  
Sordibus: & scoria patiar tabescere tali.  
Hæc loquitur: mollique ut se uellauit amictu  
Frigidulam iniecta circumdat ueste puellam:  
Quæ prius ut tenui steterat succincta corona  
Dulcia dein genis rotantibus oscula figens  
Persequitur miseræ causas exquirere tales:  
Nec tamen ante ullas patitur sibi reddere uoces  
Marmoreum tremebunda pedem quæ rettulit itra  
Illa autem quid nunc me inquit nutricula torques  
Quid tantum properas nostros nouisse furores  
Non ego consueto mortalibus uxor amore  
Nec mihi notorum: deflectunt lumina uultus.  
Nec genitor cordi est ultro: namque odimus oes.  
Nil amat hic aius nutrix quod oportet amari  
In quo falsa tamen lateat pietatis imago  
Sed media ex acia: mediis ex hostibus: heu heu  
Quid dicam: quo ue ipsa malum hoc exordiar ore  
Dicam equidem: quonia quod non tibi dicere nutrix  
Non sinis: extremum hoc munus morientis hæto.  
Ille uides nostris qui mœnibus assidet hostis:  
Quem pater ipse deum scæptri donauit honore.  
Cui parca & tribuit nullo quod uulnere lædi  
Dicendum frustra circumueor omnia uerbis.  
Ille mea ille idem oppugnat præcordia minos  
Quod te per diuum crebros obtestor amores.



Perq̄ tuum memoris haustu mihi pectus alūnæ  
 Ut me si seruare potes: nec perdere malis,  
 Sin autem optatæ spes est incisa salutis:  
 Ne mihi quē merui inuideas nutricula mortem,  
 Nam si te nobis malus o malus optima charme  
 Ante hunc conspectum casus ue deus ne tulisset  
 Aut ferro hoc (aperit ferrum quod ueste latebat)  
 Purpureum patris dempsissem uertice crinem:  
 Aut mihi præfenti peperissem uulnere letum,  
 Vix hæc ediderat: cum clade exterrita tristi  
 Intonfos multo deturpat puluere crines:  
 Et grauius questu charme complorat anili,  
 O mihi nunc iterum crudelis reddite minos,  
 O iterum nostræ minos inimice senectæ  
 Semper: & aut olim nata o te propter eundem  
 Aut amore insane luctum portauit alūnæ:  
 Tene ego tam longe capta: atq̄ euecta nequiu  
 Tam graue seruitium: tam duos passa labores  
 Effugere: obsistam exitium crudele meorum  
 Iam iam nec nobis ea quæ senioribus ullum  
 Copia uiuendi: uitæ genus: aut qd ego amens  
 Te erepta brito martis spes est uana sepulchri  
 Te brito marti diem potui producere uitæ,  
 Atq̄ utinam cereri: nec tantum grata dianæ  
 Venatus esses uirgo seftata uirorum:  
 Gnosia nau pacto contendens spicula cornu  
 Dictas ageres ad gramina nota capellas:  
 Nunq̄ tam obnixè fugeres minos amores,  
 Præceptis aerei specula de montibus isses  
 Vnde alii fugisse ferunt: & numina phoræ  
 Virginis assignat: alii quo notior esses:  
 Dytinnam dixere tuo de nomine lunam,  
 Sin hæc uera uelim: mihi certe nata perisses,  
 Nunq̄ ego te summo uolitantē in uertice montis  
 Hircanos inter comites agmenq̄ ferarum  
 Conspiciam: nec te redeuntem amplexa tenebo.  
 Verum hæc tum nobis graui: atq̄ indigna fuere  
 Tum mea luna tui cum spes integra maneret  
 Et uox ista meas nondum uiolauerat aures,  
 Tene etiam fortuna mihi crudelis ademit?  
 Te ne sola meæ uiuendi causa senectæ  
 Sæpe tuo dulci nequicq̄ capta sopore  
 Cum premeret natura: mori me uelle negau  
 Ut tibi coritio glomerarem flamma luto  
 Quo nunc me infœlix: aut q̄ me numina seruant?  
 Anescis qua lege patris de uertice canos  
 Edita candentes prætexat purpura crines:  
 Quæ tenuit patrio pressit suspensa capillo:  
 Si nescis aliquam possum sperare salutem,  
 Inscia quando quidem scelus est conata nefandū  
 Sina est: quod metuo: per me mea alumna tuumq̄  
 Expertum multis miseræ mihi rebus amorem  
 Perdere sæua præcor per flumiua sacra ilythiæ  
 Ne tantum in facinus tam molli mēte sequaris:  
 Non ego te incepto (fieri quod non pote) conor  
 Flectere amor: neq̄ sit cū diis cōtendere nostrum  
 Sed patris incolumi potius te nubere regno,  
 Atq̄ aliquos tamen esse uelis tibi alumna penates  
 Hoc unum exitio docta atq̄ experta monebo,  
 Quod si non alia poteris ratione parentem  
 Flectere (sed poteris: quid enim non unica possis?)

Tunc potius tamen ipsa pro eum sure licebit  
 Cum facti causam tempusq̄ doloris habebis  
 Tunc potius conata tuo: atq̄ incerta referto  
 Meq̄ deosq̄ tibi comites mea alumna futuros  
 Pollicor: nihil est quod texat in ordine longum  
 Hic ubi sollicitos animi releuauerat æstus  
 Vocibus & blanda pectus spe uiserat ægrum  
 Paulatim tremebunda genis obducere uestem  
 Virginis: & placidam tenebris captare quietem  
 Inuerso bibulum restringens lumen oliuo  
 Incipit: ad crebros infani pectoris ictus  
 Ferre manu assiduis mulcens præcordia palmis  
 Noctem illam sic mœsta sup morientis alūnæ  
 Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos,  
 Postera lux: ubi læta diem mortalibus alūm  
 Et gelido ueniens mane quatiebat ab oeta,  
 Quem pauidæ alternis fugitant optantq̄ puellæ  
 Hesperium uitant: optant ardescere solem  
 Præceptis paret uirgo nutricis: & omnes  
 Vndiq̄ conquirunt nubendi sedula causas,  
 Tentantur patriæ summissis uocibus aures:  
 Laudanturq̄ bonæ pacis bona: multus inepto  
 Virginis insolitæ sermo nouus errat in ore  
 Nunc tremere instantis belli certamina dicit:  
 Communemq̄ timere deum nunc regis amicos  
 (Namq̄ ipso uerita est orbari mœsta parente)  
 Cū loue cōmunes qui quondā habuere nepotes  
 Nunc etiam confecta dolo mendacia turpi  
 Inuenit: & diuum terret formidine ciues  
 Nunc alia ex aliis nec desunt omnia quærun,  
 Quineriam castos ausa est corrumpere uates:  
 Et cum cæsario cecidisset uictima ferro:  
 Ut sint qui generum minora auctoribus extis  
 Iungere: & ancipites suaderent tollere pugnas:  
 Aut nutrix patula componens sulphura testa  
 Narcissum cassiamq̄ herbas incendit olentes:  
 Terq̄ nouena ligat triplici diuersa colore  
 Fila: ter in gremium circum inquit despue uirgo  
 Despue ter uirgo: numero deus impare gaudet  
 Hinc magno generata loui frigidula sacra  
 Sacra nec idæis aurbus: nec cognita gratis  
 Pergit amyclæo spargens altaria thallo  
 Regis lolchiacis animum defigere uotis:  
 Verum ubi nulla mouet stabulis fallacia nisum  
 Nec possunt homines: nec possunt flectere diui:  
 Tanta est in paruo fiducia crine cauendi:  
 Rursus ad inceptum sociam se adiungit alūnæ  
 Purpureumq̄ parat rursus tondere capillum,  
 Cum longo quoniam captat succurrere amori  
 Non minus illa tamen reuehi qd mœnia crescāt  
 Gaudeat: & Cineris patriæ est iucunda sepulchro  
 Ergo metu capiti sylla est inimica paterno:  
 Tum coma sidonio florens succiditur ostro,  
 Tum capitur megara: & diuū responsa probant,  
 Tunc suspensa nouo ritu de nauibus altis  
 Per mare cæruleum trahitur nisea uirgo:  
 Cum plures illam nymphæ mirantur in undis:  
 Miratur pater oceanus: & candida tethis:  
 Et cupidus secum rapiens galathæa sorores,  
 Illa etiam iunctis magnumq̄ piscibus æquor  
 Et glauco bipedum curru metitur æquorum



Leucothoe: paruusq; dea cum matre palemon  
illi etiam æternas sortiti uiuere luces.  
Cara iouis soboles: magnum iouis incrementum  
Tyndaridæ niueos mirantur uirginis artus.  
Has adeo uoces: atq; hæc lamenta per auras  
Fluctibus in medijs questu uoluebat inani  
Ad cœlum infœlix ardentia lumina tollens.  
Lumina: nam teneras arcebant uincula palmas:  
Supprimite: o paulum turbata o flamina uenti  
Dum queror: & diuos q̄q̄ nil testibus illis  
Profeci: extrema moriens tamen alloquor hora.  
Vos ego: uos adeo uenti testabor & auræ  
Vos o mantina: si qui de gente uenitis:  
Cernitis illa ego sum cognato sanguine uobis  
Sylla quod ah salua liceat tibi dicere progne:  
Illa ego sum nisi pollentis filia quondam:  
Certatim ex omni petiit quam grãcia regno:  
Qua curuus terras amplectitur hellepontus.  
Illa ego sum minos sacrato fœdere contunx  
Dicta tibi: tamen hæc: & si non accipis audis  
Vincta me tam magni tranabo gurgitis undas:  
Vincta tot assiduas pendebo ex ordine luces:  
Non equidem me alio possum contendere dignã  
Supplicio: q̄q̄ patriam carosq; penates  
Hostibus immittiq; addixi ignara tyranno.  
Verum est hæc minos: illos scelerata putauit.  
Si nostra ante aliquis nudasset fœdera casus:  
Facturos quorum direptis mœnibus urbis.  
O ego crudelis flamma delubra petiui.  
Te uero uictore prius uel sydera cursus  
Mutatura suos: q̄ te mihi talia captæ  
Facturum metu: iam iam scelus omnia uincit  
Ten ego plus pario dilexi perdita regno:  
Ten ego. nec mirum uultu decepta puella  
Ut uidit: ut perii: ut me manus abstulit error.  
Non equidem ex isto speraui corpore posse  
Tale malum nasci: forma uel sydere fallor.  
Non me delitijs commouit regia diues  
Coralio fragili: & lachrymoso mouit electro  
Me non florentes æquali corpore nymphæ.  
Non metus incensam potuit retinere deorum  
Omnia uincit amor: quid enim non uinceret ille?  
Non mihi iam pingui sudabunt tēpora myrrha  
Pronuba nec castos accendet pinus odores.  
Non lybis assirio sternetur lectulus ostro.  
Magna q̄ror: nec ut illa q̄dem communis alumna  
Omnibus iniecta tellus tumulabit harena  
Me ne inter comites: ancillarumq; cateruas  
Manalias inter famularum munere fungi  
Coniugis atq; tue quæcunq; erit illa beata  
Non licuit grauidos penso deuoluere fusos:  
At belli saltem. captiuam lege necesses.  
Iam fessæ tandem fugiunt de corpore uires:  
Et caput inflexa lentum ceruice recumbit.  
Marmorea adductisq; labascunt brachia nodis.  
Aequoreæ pestes immania corpora ponti  
Vndiq; conueniunt: & glauco in gurgite circum  
Verbera caudarum atq; oris minitantur hiatus:  
Iam tandem casus hominum: iam respice minos.  
Sic satis hoc: tantum solam uidisse malorum  
Vel fato fuerit nobis hæc debita pestis

Vel casu incepto merita uel deniq; culpa.  
Omnia nam potius q̄ te lesisse putabo.  
Labitur interea reuoluta ab littore classis.  
Magna repentino sinuantur littora coro:  
Flectitur in uiridi remus sale: languida fesse  
Virginis in cursu moritur quærimonia longo.  
Deserit angustis inclusum faucibus isthmon  
Cypselidæ magni florentia regna corinthi.  
Præterit abruptas scyronis protinus arces:  
Infestumq; suis dire testudinis exit  
Spelæum mutiq; cruentas hospite cautes.  
Iamq; adeo tutum longe pyraeum cernit.  
Et notas secum heu frustra respicit athenas:  
Iam procul e fluctu minoia respicit arua:  
Floreresq; uidet iam cycladas: hinc strophodasq;  
Hinc sinus: hinc statio: contra patet hermiona  
Liquitur ante alias longe gratissima delos  
Nereidum matri: & neptunno ægeo  
Prospicit incinctam spumanti littore cynthum:  
Marmoreamq; parõ: uiridēq; ad lapsa donysam  
Aeginamq; simul: sementiferamq; seriphum  
Fertur: & incertis iactatur ad omnia uentis  
Cymba uelut magnas sequit cū paruula classes  
Apher: & hyberno bacchatur in æquore turbo.  
Donec tale decus formæ uexauerit ægram  
Non tulit: ac misero mutauit uirginis artus  
Cæruleo pollens coniunx neptunna regno  
Sed tamen externam squammis uestire puellam  
Infidosq; inter teneram committere pisces  
Nū statuit: nimium est auidū pecus amphitrites  
Aeris potius sublimen sustulit alis  
Esset ut in terris facti de nomine cyris:  
Cyris amycleo formosior ansere ledæ.  
Hic uelut in niueo teneræ cum protinus ouo  
Effigies animantur & internodia membris  
Imperfecta nouo fluitant concreta colore.  
Sic liquido scyllæ circumfusum æquore corpus  
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus  
Vndiq; mutabant: atq; undiq; mutabatur  
Oris honos primum multis optata labella.  
Et patula frontis species concrefcere in unum  
Cœpere: & gracili mentum producere rostro.  
Tum qua se medium capitis discrimen agebat  
Ecce repente uelut patrios imitatur honores  
Purpuream concussit apex in uertice cristam:  
At membris uarios intexens pluma colores  
Mansurum uolucris uestiuit tegmine corpus:  
Lentaq; perpetuas fuderunt brachia pennas  
Inde alias partes minioq; infecta rubenti  
Crura: nouamq; aciem obduxit squalida pellis  
Et pedibus teneris unguis confixit acutos.  
Et tamen hoc demum miseræ succurrere pacto.  
Vix fuerat placida neptunni coniuge dignum  
Nam quam illam post hac oculi uidere suorum  
Purpureas saluo retinentem uertice uitras  
Non thalamus tyrio fragrans accepit amomo  
Nulla illam sedes: quid enim iam sedibus illis:  
Quæ simul ut sese cano de gurgite uelox  
Cum fonitu ad cœlum stridentibus extulit alis  
Et multum late disperfit in æquore rorem  
Infœlix uirgo nequicq; morte recepta



Incultum solis in rupibus exit æuum:  
 Rupibus: & scopulis & littoribus desertis,  
 Nec tamen hoc iterum poena sine: nãq; deum rex  
 Omnia qui imperio terrarum milia uersat  
 Commotus talem ad superos uolitate puellam:  
 Cum pater extinctus cæca sub nocte lateret  
 Illi proprietate sua: nam sæpe uidemus  
 Sanguine taurorum supplex resperferat auras  
 Sæde deum largo decorarat munere sedes  
 Reddidit optatam mutato corpore uitam,  
 Fecit & in terris halyetos ales ut esset,  
 Quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscus  
 Huic uero misere quoniam iam nata deorum  
 Iudicio natiq; & coniugis ante fuisset  
 Infesti apposuitq; odium crudele parentis  
 Iamq; utinam æthereo signorū munere, præstans  
 Vnum quem dupliki stellarum sydere uidi  
 Scorpius alternis clarium fugiant orionem  
 Sic inter sese tristis halyetus in iras  
 Et cyris merori seruant ad sæcula fato  
 Quacunq; illa leuem fugiens secat æthæra pennis  
 Ecce inimicus atrox magno stridore per auras  
 Insequitur nisus: qua se fert nisus ad auras  
 Illa leuem fugiens raptim secat æthæra pennis

Publii Virgilio Maronis catalecton,  
 Priapus loquitur.



Ere rosa: autūno pōis æstate frequētor  
 Spicis una mihi est horrida pestis hy/  
 Nã frīgēs metuo: & uereor ne (ems  
 ligneus ignem

Hic deus ignarus præbeat argolicis  
 Ego hæc ego arte hæc frabricata rustica  
 Ergo arida uiator ecce populus  
 Agellum hunc sinistra tute quem uides  
 Heriq; uillam hortulumq; pauperis  
 Tueor: malaq; furis arceo manus  
 Mihi corola picta uere ponitur  
 Mihi rubens arista sole seruido:  
 Mihi uirenta dulcis uua pampino  
 Mihi glauca oliua duro cocta frigore  
 Meis capellæ delicata pascuis  
 In urbem addulta lacte portant ubera  
 Meisq; pinguis agnus ex ouilibus  
 Grauem domum  
 Teneraq; matre mugiente uacula  
 Deum profundit ante templa sanguinem  
 Proin uiator hunc deum uerberis:  
 Manunq; sursum habebis: hoc tibi expedit,  
 Parata nanq; crux est arte mentula,  
 Velim pol iniquis: ac pol ecce uillicus  
 Venit ualentī cui reuulsa brachio  
 Fuit ita mentula apta claua dextræ  
 Hunc iuuenes locum uillulamq; palustrem  
 Testam uimine iunco carisq; maniplis  
 Quercus arida rustica formata securi  
 Nutrior magis & magis ut beata quotannis  
 Huius nam domini colunt mediumq; salutant

Pauperis tugurii pater filiusq;  
 Alter assidua colens diligentia ut herba  
 Asperasi dumosa meoq; remota facello  
 Alter parua ferens semper munera larga  
 Florido mihi posuit pietas uere corollas  
 Primitiis & tenera uirens spica mollis arista  
 Luteæ uiolæ mihi lacteumq; papauer,  
 Pallentesq; cucurbitæ: & suaue olentia mala  
 Vna pampinea rubens educata sub umbra  
 Sanguinea etiam mihi: sed tacebimus arma  
 Barbarus linit hirculus cornipedesq; capellæ  
 Proquis omnia honoribus hoc necesse Priape  
 Præstare: & domini hortulum uineamq; tueri  
 Quare hic o pueri mala abstinete rapina  
 Vicinus prope diues est negligensq; Priapus  
 Inde sumite semitam hæc deinde uos feret ipsa  
 De qua sæpe tibi uenit: sed sæpe uidere  
 Non licet occultitur lumine clausa uiri  
 De qua sæpe tibi non uenit adhuc mihi nam  
 Si occultitur longe est tangere quod nequeas  
 Venit aut ibi sed iam mihi nuntius iste  
 Quid prodest illi: dicere: quæ rediit  
 Hormethiorum amator iste uerborum  
 Iste iste rhetor namq; quatenus totus  
 Thucidides tyrannus atticæ febris  
 Thaugallicum imminet ipsemet male illisit  
 Ista omnia uerba ista miscuit fratri  
 Aspice quem uideo subnixum gloria regno  
 Altius: & cæsi sedibus extulerat  
 Terrarum hic bello magnum concusserat orbē  
 Hic reges asie fregerat hic populos  
 Hic graue seruitium tibi iam tibi roma minatur  
 Cætera namq; uiri cuspide conciderant  
 Cum subito in medio rerum certamine preceps  
 Corruit & patria pulsus in exilium  
 Tale deum numen tali mortalia nutu  
 Falax momento temporis hora dedit  
 Quocunq; iræ ferunt uariæ nos tempora uitæ  
 Pangere quæ terras quosq; uidere homines  
 Dispeream si te fuerit mihi carior alter  
 Alter enim quis te dulcior esse potest?  
 Conuenit ante alios diuidiumq; furores  
 Cuncta neq; indigna multa dedere bona  
 Cuncta quibus gaudet phœbus deus ipseq; phœbo  
 Doctior o quis te musa fuisse potest,  
 O quis te in terris loquitur iucundior uno  
 Clio nam certe candida non loquitur  
 Quare illud satis est si te permittis amari  
 Non contra ut sit amor mutuus inde mihi  
 Ite hinc manes rhetorum manipli  
 Instat roso non achaico uerba  
 Et uos reliquit arquiteq; uarroq;  
 Scholasticorum uario madens pingui  
 Ite hinc inani cybalon iuuentutis  
 Tuq; o mearum cura sexte curarum  
 Valle sabine iam ualete formosi  
 Nos ad beatos uella immittimus portus  
 Magni petentes docta scyronis  
 Vitamq; ab omni uendicamus cura  
 Ite hinc camœnæ: nam nos quoq; limite sæuæ  
 Dulces camœnæ: nam fatebimur uerum



Dulces fuistis: & amen meas chartas  
 Reuistote: sed prudenter & raro  
 Socer beate: nec tibi nec alteri  
 Generq; noctu impudicum caput  
 Tuq; nunc puella talis & tuo  
 Stupore pressa rus habitet mihi  
 Vt ille uersus usq; quaq; pertinet  
 Gener socerq; perdidistis omnia  
 Scilicet hoc sine fraude uarro dulcissime dicam.  
 Dispeream nisi me perdidit iste portus  
 Sin autem praecepta ueritant: me dicere: sane  
 Non dicam: sed me perdidit iste puer  
 Villula quæ scironis eras & pauper agelle  
 Verum illi domino tu quoq; diuitiæ  
 Me tibi & hoc una mecum quos semper amaui  
 Si quid de patria tristius audiero  
 Commendo primisq; patrem tu nunc eris illi  
 Mantua quod fuerat quodq; cremona prius  
 Pauca mihi niueo: sed non incognita phœbo  
 Pauca mihi doctæ dicite pegafides  
 Victoria est magni: magnum deus ecce trium  
 Victor qua terræ: quaq; patent maria  
 Horrida barbaricæ portans insignia pugnae  
 Magnus & aeneides usq; superbus eryx  
 Nec minus idcirco nostros expromere cantus  
 Maximus & sanctos dignus inire choros.  
 Hæc itaq; insuetis iactor magis optime curis  
 Quid de te possim scribere: quid ue tibi  
 Namq; fatebor enim quæ maxima deterrendi  
 Debuit hortandi maxima causa fuit  
 Pauca tua in nostras uenerunt carmina chartas  
 Carmina cum lingua tum sale cecropio  
 Carmina quæ pylum scælis accepta futuris  
 Carmina sed phylum uincere digna senem  
 Molliter huic uiridi patulæ sub tegmine quercus  
 Moeris pastores: & moelibeus erant  
 Dulcia iactantes alterno carmina uersu  
 Qualia trinacriæ ductus amat iuuenis  
 Certatim ornabant omnes heroida diuæ  
 Certatim diuæ munere quæq; suo  
 Fœlicem ante alios tanto scriptore puellam  
 Alterno famam dixerit ipse prior:  
 Non illa hesperidum ni munere capta fuisset  
 Quæ uolucrem cursu uicerat hyppomantem  
 Candida cygneo non edita tyndaris ouo  
 Non supero fulgens cassipæa polo  
 Non defensa dru multum certamine equorum  
 Optabant grauide quod sibi quæq; manus  
 Sæpe animam proh qua pater impius hausit  
 Sæpe rubro similis sanguine fluxit humus  
 Raptato curru nimiumq; per æthera terræ  
 Immiti expectant fulmine & hymbre louem  
 Non ocus raptum belli liquere penates  
 Tarquini patrios filius atq; pater  
 Illo quo primum dominatus Roma superbos  
 Mutauit placidis tempora consulibus  
 Pruita nec immeritis donauit mater alumnis  
 Mæmia messalis maxima publicolis  
 Nā quid ego immēsi memorē studia ista laboris?  
 Horrida quid duræ tempora militiae?  
 Castra foro solitis urbi proponere castra

Tam procul hoc nato tam procul hoc patria  
 Immoderata patri iam sydera iam colores  
 Sternere uel dura posse super filice  
 Sæpe trucem aduerso perlans sydera pontum  
 Sæpe audendo mare & uincere sæpe hyemem  
 Sæpe etiam densos immittere corpus in hostes:  
 Communem belli non meminisse deum:  
 Nunc celeres afros peritura in milia gentis  
 Aurea nunc rapidi flumina adire tagi  
 Nunc aliam ex alia bellando quærere gentem  
 Vincere & oceani finibus ulterius:  
 Non nostrum est in quā tantas attingere laudes:  
 Quin ausim hoc etiam dicere uix hominum est  
 Ipsa hæc ipsa ferent regē monumenta per orbem  
 Ipsa etiam egregium facta decus parient  
 Hos ea quæ tecum finxerunt carmina diui  
 Cynthius & musæ bacchus: & egiale  
 Si laudem aspirem humilis sed adire syrenas:  
 Sic patrio graios carmine adire sales  
 Possumus optatis plus iam procedimus ipsis  
 Hoc satis est: pingui nil mihi cum populo  
 Sabinus ille quem uidetis hospites  
 Ait fuisse multo celerrimus  
 Neq; ullus uolantis impetus eis  
 Nequisse præterire siue Mantuam  
 Opus foret uolaret siue Brixiam  
 Neq; hoc negat triphonis æmuli domus  
 Negare nobilem insulam ue ceruli  
 Vbi iste post sabinus ante quintio  
 Bidente dicit attondiffe forcipe  
 Comata colla nequis orion iugo  
 Premente dura uulnus ederet iuba  
 Cremona frigida & lutuosa gallia  
 Tibi hæc fuisse & esse cognitissima  
 Ait sabinus ultima ex origine  
 Tua stetisse ultima in uoragine,  
 Tuas in palude deposuisse sarcinas  
 Et inde tot per orbitosa milia  
 Iugum tulisse leua siue dextera,  
 Strigare mulas siue utrunq; coeperat  
 Neq; ulla uota semitalibus deis  
 Tibi esse sancta propter hoc nouissimum  
 Paterna lora proximumq; pectinem  
 Sed hæc prius fuere nunc eburnea  
 Sed æquæ sedes æquæ dedicat tibi  
 Gemellæ castor: & gemellæ castoris  
 Quis deus optauit te nobis abstulit: an quæ  
 Dicunt animo pocula dura mero  
 Vobiscum si est culpabilis sua quemq; sequunt  
 Facta quidem meriti crimen habent cyarhi  
 Scripta quidem tua nos multum mirabimur  
 Raptum & Romanam flebimus historiam  
 Sed tu nullus erit: peruersi dicite manes  
 Nunc superesse patri quod fuit inuidia  
 Superbe noctu repuditum caput  
 Datur tibi puella quam petis datur,



CP.V. Maronis moretum,  
 Am nox hybernas bis quinq; perege-  
 rat horas  
 Excubitorq; diem cātū pdixerat alcs:



Similis exigui cultor cum rusticus horri  
 Tristia uenturae metuens ieiunia lucis  
 Membra leuat uili sensim demissa grabato  
 Solicitatq; manu tenebras explorat inertes  
 Vestigatq; focum: laesus quem deniq; sensit  
 Paruulus exusto remanebat stipite fumus  
 Et cuius obductae celabat lumina prunae.  
 Admouet his pronam submissa fronte lacernam,  
 Et producit acu stupas humore carentes,  
 Excitat & crebris languentem fancius ignem,  
 Tandem concepto tenebre fulgore recedunt  
 Oppositaq; manu lumen defendit ab aura  
 Et reserat clausa quae prauidet hostia clauis  
 Fusus erat terra frumenti pauper aceruus.  
 Hinc sibi depromit quantum mensura patebat,  
 Quae bis octenas excurrit pondere libras,  
 Inde abiit: assistitq; mole paruamq; tabella  
 Quam fixam paries illos seruabat in usus  
 Lumina fida locat: geminos tunc ueste lacertos  
 Liberat: & cinctus uillosae tegminae caprae  
 Peruertit caudamq; cauum geminum molarum  
 Aduocat inde manus operi partitus utraq;  
 Leua ministerio dextra est intenta labori  
 Haec rotat assiduis gyris: & concitat orbem  
 Trita ceres silicum rapido decurrit ab ictu  
 Interdum fesse succedit leua sorori  
 Alternatq; uices: modo rustica carmina cantat:  
 Agrestiq; suum solatur uoce laborem  
 Interdum clamat cybalem: erit unica custos  
 Afragens tota patriam testante figura  
 Torta comam: labroq; tumens & fusca colore,  
 Pectora lata iacent mammis: compressior aluo  
 Cruribus exilis: spatiosa prodiga planta  
 Continuis rumis calcanea scissa rigebant,  
 Hanc uocat: atq; arsuram fossis imponere ligna:  
 Imperat: & flamma gelidos adolere liquores:  
 Sed postquam impleuit iustum uersatile finem  
 Transfert inde manu fusas in cribra farinas:  
 Et quatit: ac remanent summo purgamina dorso  
 Subsedit sincera foraminibus loquatur  
 Emendata ceras: leui tum protinus illam  
 Componit tabula: tepidas superingerit undas,  
 Contrahit admixtas tum frondes: atq; farinas  
 Transuersat durata manu liquidumq; coactu  
 Interdum grumos spargit sale: iamq; subactu  
 Leuat opus palmisq; suum dilatat in orbem,  
 Et notat impressis equo discrimine quadris,  
 Infert inde foco: cybale mundauerat aptum  
 Ante locum testisq; tegens superaggerat ignes  
 Dumq; suas peragit uulcanus: uestaq; partes:  
 Similis in terra uacua non cessat in hora  
 Verum aliam sibi quaerit opem: neu sola palato  
 Si non grata ceres: quas iungat comparat escas  
 Non illi suspensa focis carnaria iuxta  
 Durati sale terga suis: trunciq; uocabant,  
 Traiectus medium parto: sed caseus orbem  
 Et uetus astricti fascis pendebat anethi  
 Ergo aliam mollitur opem sibi prouidus heros  
 Hortus erat iunctus casulae: quem uimina pauca:  
 Et calamo redimita leui munibat arundo,  
 Exiguus spacio: uariis: sed fertilis herbis,

Non illi deerat: quod pauperis exigit usus.  
 Interdum locuplex a paupere plura patebat:  
 Nec sumptus erat illud opus sed regula curae  
 Si quando uacuum casula pluuiae ue tenebant:  
 Festa uelux: si forte labor cessabat aratri  
 Horti opus illud erat: uarias disponere plantas  
 Norat: & occulte committere semina terrae  
 Vicinosq; apte cura submittere riuos  
 Hic holus hic late fundentes brachia betae  
 Foecundisq; rumex: maluaq; inulaq; uirebant,  
 Hic cicer: & capiti nomen debentia porra  
 Sic etiam nocuum capiti gelidumq; papauer:  
 Grataq; nobilium requies lactuca ciborum  
 Et grauis in latum dimissa cucurbita uentrem:  
 Verum hic non domini: quis n. contractior illo  
 Sed populi prouentus erat: noctisq; diebus  
 Venales holerum fasces portabat in urbem,  
 Inde domum ceruice leuis: grauis aere redibat:  
 Vix unquam urbani comitatus merce marcelli  
 Cepa rubens sectiq; famem domat aere porri:  
 Quaeq; trahunt acri uultus nasturcia morfu  
 Intribaq; & uenerem reuocans eruca morantem  
 Tunc quoq; Tale aliqd meditans intrauerat hortum  
 Ac primum leuiter digitis telure refossa  
 Quattuor educit cum spicis alia fibris,  
 Inde comas apii graciles: rutamq; rigentem:  
 Vellit: & exiguo coriandra trementia filo,  
 Haec ubi collegit: laetum confedit ad ignem  
 Et clara famulam possit mortaria uoce,  
 Singula tum capitum numerofo cortice nudat  
 Et sumis spoliat corriis: tentaq; passim  
 Spgit humi: atq; adiicit seruatum gramine bulbum  
 Tingit aqua lapidisq; cauum dimittit in orbem:  
 Hic salis inspargitq; micas: sale diuus adusto  
 Caseus adiicitur: dictas super inserit herbas:  
 Et leua uestem setosa sub inguina fulcit,  
 Dexteram pistillo primum fragantia mollit  
 Allia: tum pariter mixto terit omnia succo:  
 Et manus in gyrum: paulatim singula uires  
 Deperdunt proprias: color est e pluribus unus,  
 Nec totus uiris: quia lactea frustra repugnant,  
 Nec de lacte nitens: quia tot uariatur ab herbis  
 Saepa uiri uares acer iaculatur apertas  
 Spiritus: & summo damnat sua prandia uultu,  
 Saepa manu summa lachrymatis lumina tergit  
 Immeritoq; furens dicit conuitia fumo,  
 Procedebat opus: non iam salebrosus ut ante:  
 Sed grauior lentus ibat pistilus in orbem  
 Ergo palladii: guttas instilat oliui  
 Exiguusq; super uires infundit aceti:  
 Atq; iterum commiscet opus: mixtumq; retractat  
 Tum demum digitis mortaria tota duobus  
 Circuit: inq; globum distantia contrahit unum  
 Constat ut effecti species nomenq; moreri,  
 Exiit interea cybale quoq; sedula panem:  
 Quem recipit lotis manibus pulsoq; timore  
 Hinc famis: inq; diem securus similis illam  
 Ambit crura ocreis paribus: tectusq; galero,  
 Sub iuga parentes cogit lorata luencos,  
 Atq; agit in segetes: & terrae condit aratrum,  
 ¶ Laus Omnipotenti Deo,



Tabula librorum qui in hoc uolumine continentur.

P.V. Maronis uita.	Publius	P.V. Maronis de musarum inuentis,	Clio
P.V. Maronis Bucolicorum liber cum Ser. grammatici commentariis: nec non & Probi: Christophoriq; Landini: & Antonii Mancinelli,		Epitaphia uirorum illustrium,	Conditus,
P.V. Maronis Georgicon libri iiii. cum Seruio eius in terprete Probo: Christophoroq; Landino: & Antonio Mancinello,		P.V. Maronis de speculo,	Redditus,
P.V. Maronis aeneidos libri duodecim cū Seruui grāmatici: & Donati atq; Christophori Landini itēprærationibus,	Arma uirum	P.V. Maronis de ortu solis,	Aurora,
Alcini uersus,	De numero,	P.V. Maronis de Herculis laboribus,	Compressit,
Cornelii galli uersus	Temporibus	P.V. Maronis de litteras,	Littera,
P.V. Maronis hortulus,	Adeste,	P.V. Maronis de cælestibus signis,	Primus,
P.V. Maronis de uino & uenere,	Nec,	Verfus Ouidii,	Qualis,
P.V. Maronis de liuore,	Liur,	Summa Virgilianæ narrationis in tribus operibus:	Pastorum,
P.V. Maronis de cantu syrenarum,	Syrenes,	Bucolicis: Georgicis: & Aeneide,	Carminis,
P.V. Maronis eiusdem,	Clarus,	P.V. Maronis priapeia,	Virgili cum
P.V. Maronis de fortuna,	Fortuna,	Elegia in meconatis obitu: quæ dicitur non sit,	Defferam,
P.V. Maronis de Orpheo,	Threicius,	P.V. M. coppa cū Domitii cōmētariis,	Coppa,
P.V. Maronis de seipso,	Mellissuum,	P.V. Maronis est & non,	Est & non,
P.V. Maronis de ætatibus animaliu.	Per binos,	P.V. Maronis uir bonus,	Vir bonus,
P.V. Maronis de ludo,	Sperno,	P.V. M. de rosis Domitio interprete,	Ver erat,
P.V. Maronis de erumnis Herculis,	Prima,	P.V. M. culex cū domitii ex positione,	Lusimus,
Argumēta duodecim librorū aeneidos,	Aeolus	P.V. M. diræ cū Domitii itēpratione,	Battare,
		P.V. M. æthna: quæ a quibusdam Cornelio tribuitur quod opus Domitius exposuit,	Aethna mihi,
		P.V. Maronis cyris,	Et si me,
		P.V. Maronis catalecton,	Vere rosa,
		P.V. Maronis moretum,	Iam nox,

Impressum Venetiis per Bartolomeum de Zannis de Portefio. M, D, VIII, Die, iiii, Augusti,

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

a	namq;	ro: maxime	SER. Pautas: li celebrarunt,	L	SER. Ante
P.V.M.	SER. Et	SER. Picti	SER. Limo,	D	SER. Patriis
ANTONIVS	SER. Libra	SER. Pulsam	z	SER. Portun	SER. Terror:
ioſe ſupauit,	SER. Auerſo	q	SER. Arrectis	SER. Acarnā:	SER. Si nullā
eodem inq;	i	SER. Sigdo	SER. Exceſſeſ	SER. Velatū:	perturbatiōe
b	SER. Aut	SER. Caſus	SER. Fida	uenientium,	T
Tytire tu	SER. ſpiran,	SER. Nigra	SER. His	E	SER. circuitū
ſic & Hora,	SER. Letis	SER. Volcani	&	SER. Cælo	SER. Potui:
SER. Exiret	SER. Et	r	SER. Manus	SER. Fuge:	Deletas
SER. In æthe,	k	Periit autem	SER. Cape	SER. Variæ	SER. Corde
c	Hæſtenuſ	Arma:	SER. Capti,	Sic fatur	V
faſte	SER. Principio	SER. Vi ſupe,	SER. Lucifer	F	Nudato
SER. Bis	SER. Iſmara	ÆNNE	q	SER. Omnia	SER. Nulla
taſtus,	SER. Solido	s	SER. Habita,	inferiori,	SER. Huic:
deam quæ	l	SER. Cōnu,	SER. Corup,	ideſt priua,	Vrbem
d	SER. Hinc	SER. Oterq;	SER. Haud	datur autem	O
ſantes riſu	SER. An	SER. Magi	SER. Ionio	G	periculo: ſed
SER. Vos	SER. aſcreūq;	SER. Poſt	g	SER. Quo	SER. Qd cūq;
SER. Deus	SER. Aut	r	SER. Hic &	SER. Me	SER. Poenag
SER. Cum	m	SER. Antēor	SER. Iunonis	SER. Quid	SER. Aduerſi
e	SER. Hone,	SER. Olli:	SER. Cura	SER. Totog;	p
SER. Hic	SER. Iam	ſit matre	tes: & tamen	H	SER. Et cly,
SER. Sinum	SER. Hinc:	buit autem	A	SER. Ad ſimi,	SER. Quo de,
rentes quæ	SER. Alba	u	q̄ in noſtris	SER. Scelerū	SER. abnuera
SER. Cōiugis	n	SER. Obſcu,	exequi	nuit: illuſ	SER. Sors
f	SER. Cuncta	ter Cice,	SER. Anna	Martha	Q
SER. Daphni	SER. Nipha,	SER. En pria,	git de diuino	I	SER. Verſat
SER. Doris	lapii ſacellum	SER. Vt Cur,	B	SER. Ille	SER. Hæret
men eius in	hit: & in	x	Post martem	SER. Spoliis	SER. Mafore
Virgilius in	o	SER. Quis	SER. Omnia	telligeretur,	SER. Neſcia
g	SER. Porta	SER. Stat	& miſſus:	SER. Aspirat	R
SER. Liquif	neſcium	SER. Nate	SER. Iſequere	K	mo optimum
SER. Non	SER. Carpa,	SER. Cum	C	SER. Extrēo	ADILON
SER. cōtinuo	SER. Pallēte,	y	SER. Dii mo,	SER. Eſt	Seruabat
SER. Aut	p	uideo:	ſcilicet ſſe uſa	SER. Quod	SER. Arſura,
h	SER. Philly,	SER. Fatebor	SER. Corpōſ	SER. At non	S























5

No. Caja  
A-17